Pontificum inſuper Romanorum, qui divis adſcripti, Sylveſtri, Leonis, Bonifacii, Marcelli. In aliis Monſtrantiis, Tabulis, Crucibus, ſtatuis hæc reperiuntur.

Reliquiæ ſanctorum Bernardi, Benedicti, Martini, Arſacii, Dionyſii, Severi Martyris, & alterius Severi Epiſcopi; Dionyſii, Calæſtini V. Pont. Leonardi, Dominici, Simeonis, Mauritii, & Sociorum, Chriſtophori, Blaſii, Sebaſtiani, Laurentii, Viti, Victoris, Naboris, Caſtorii, Alexandri Martyrum. Sixti quoque Papæ, & Martyris, Vvenceslai, Hypoliti, Achachii etiam MM. ſimul cum Reliquiis Legionis Thebæorum, & pueri Simonis, quem Judæi ob odium in Chriſtum crudeliter trucidarunt Tridenti.

Plures aliæ Monſtrantiæ exornantur fragmentis, & Reliquiis SS. Regum, & MM. Oſvvaldi, & Sigiſmundi. Item, SS. Joannis, & Pauli MM. ſub Juliano. Item Felicis, Prothi, Peregrini, Quirini, Stephani Protomartyris, Adriani, Pantaleonis, Chryſogoni, Thomæ Cantuarienſis, Lamberti, Bonifacii, Baſilii, Vincentii, Gereonis, Eraſmi, Claudii, Galli, Felicis, & Adaucti, Valentini, Georgii, quatuor Coronatorum, Petri ex ordine Prædicatorum, Sebaſtiani, & Sabinæ MM. Præter hæc autem pluribus inſuper thecis incluſæ aſſervantur plures Reliquæ, oſſa, & fragmenta corporum illorum Ss. quorum ſupra meminimus. Quibus accedunt Coſta Albani Martyris, Brachium S Longini Mart. Item Clementis Papæ, & Martyris, unius Innocentum, quos Herodes occidit. Sanctorum etiam Aniceti Papæ, & Martyris. Item Cyri, & Joannis MM. ex dono Guilielmi V. Ducis Bavariæ: Marci, Quiriaci, Engelmari, Mennæ, Quintini; Cranium, & Coſta S. Barnabæ. Item particulæ corporis Ss. Apoſtolorum Simonis, Judæ Taddæi, Matthiæ, Thomæ, Bartholomæi, Philippi, Andreæ, Matthæi, utriuſque Jacobi, Joannis, Marci, Lucæ, ac pleræque etiam reliquiæ Principis Apoſtolorum Petri, & Doctoris gentium Pauli.

Accedunt ſuperioribus Reliquiæ plures Præcurſoris Domini. Item veſtium, lactis, ſepulcri, capillorum Deiparę Virginis, ac digitus ſponſi illius Joſeph. Cingulum inſuper ipſius Virginis, quod Imperatrix quædam Conſtantinopoli hoc miſit, & peplum, quo caput ſuum velabat, unà cum Stola, quam propriis manibus dilecto Domini Diſcipulo Joanni Virgo texuiſſe exiſtimatur, in qua intexta leguntur hæc verba:

Zona hac juſtitiæ ſic te, Pater optime, cinge,
Ut dignè panem benedicas Myſterialem.

Adhæc oſtenduntur hic quinque guttæ ſanguinis, quæ profluxerunt ex hoſtia conſecrata, in quam perfidi Judæi aculeis ſævierunt. Item plures particulæ locorum, quæ tam Chriſtus quàm ipſius Mater contactu ſui corporis nobilitarunt. Manna quoque olim Iſrael cœlitus datum.

Item de pane, quo Chriſtus in deſerto pavit quinque virorum millia. Inſuper particulæ tres, de virga Moyſis, Templo Salomonis, & portæ, per quam Chriſtus aſinæ inſidens Hieroſolymam intravit.

Reliquiæ denique Ss. Caii Pontificis, & Martyris, Paulini; Mappæ quoque, in qua creditur Chriſtus ultimam cœnam ſumpſiſſe. Item fragmenta plura ſanctiſſimæ Crucis; Panni etiam, quo Chriſtus Diſcipulorum pedes exterſit. Pleræque etiam ſpinæ ex corona ejuſdem: ac pars Lintei quo Chriſtus in monte Oliveti ſudorem ſanguineum deterſit, quam S. Raſſo Comes de quo ſupra, Conſtantinopolim detulit. Aliorum item Linteorum fragmenta, & Arundinis, qua Chriſtus illuſus fuit, quam Maximilianus I. Imperator argenteo ſceptro circumornari fecit.

Supraſcripta autem ſacra Reliquiarum pignora ex Principum liberalitate, ac Religioſa munificentia, centum & quinquaginta quinque cum thecis, Monſtrantiis, Tabulis, Ferechristum ſtatuis, Imaginibus variarum formarum, crucibus, & ſimulachris ex auro, argento, Gemmiſque artificioſè fabricatis includuntur, & conſpicienda exhibentur; ſic ut meritò quis ambigat, an alibi terrarum luculentiorem ſimilium ſacrorum pignorum theſaurum reperire valeat.

Præter tamen recenſitas Reliquias, quæ aliquando altè defoſſæ, propter Hunnorum in hanc Regionem irruentium improbitatem perhibentur, teſtatur vetus Miſſale etiamnum: latitare fragmentum Spongiæ, qua Chriſtus in cruce potatus eſt. Item portionem veſtis purpureæ qua deriſus fuit, Lanceæ etiam, qua apertum illius latus, Pelvis quoque, ex quo Diſcipulorum pedes lavit. Ac Clavi, quo Cruci fuit affixus. Denique corpus B. Simeonis, qui Chriſtum puerum ulnis excepit, ac corpora Ss. Timothi Diſcipuli S. Pauli, Adaucti, & Felicis, ac trium ſociorum ſancti Acacii Martyris. Item capita Philippi Apoſtoli, & Agathę Virginis, unà cum Craniis Sanctorum Georgii, & Marię Magdalenę.

Ex Tabula prædictorum Reliquiarum, typis mandata: quam communicarunt PP. Prædicatores Francofurtenſes, nuper in Nundinis venalibus Anni 1627.

RELIQUIÆ SACRÆ METENSES.

Metis, quę Mediomatricorum nomine à veteribus appellata eſt, Germanię annumeratur, olim eam Galli ſibi vindicarant, eſt civitas cum loci natura, tum humana induſtria, & arte munitiſſima. A Metio, qui eam Julii Cęſaris mandato expugnavit, appellatam volunt nonnulli, & indicat vetus diſtichon quod lapidi ibidem inciſum:

Tempore, quo Gallis ſua Julius intulit arma,
Tunc Mediomatricam devicit Metius urbem.

Habuit hęc civitas circa annum Chriſti nongenteſimum ſeptuageſimum Theodericum Epiſcopum virum Sanctiſſimum, qui in Italia plurima ſanctorum pignora collegit, & in ſuum tranſtulit oppidum, ut teſtatur ad annum 969. Sigebertus, cujus verba hìc ſubiciimus, pro ea etiam producit *Baronius tom.* 10. *Annal. ad annum 969. numer. XVI.*

Theodoricus Metenſium Epiſcopus, Imperatori ſanguine, dilectione, ac familiaritate cęteris devinctior, dum in Italica expeditione per triennium ſub eo militaret, multa capita, & pignora Ss. de diverſis Italię locis, quocumque modo potuit, collegit.

Primum è Marſia, S. Elpidium confeſſorem, cujus ſocium Eutychium Epiſcopum ipſe Imperator jam ſuſtulerat.

Ab Amiternis, Eutychetem martyrem, cum reliquiis Maronis, & Victorini ſociorum ejus.

A Fulgineo, Felicianum Epiſcopum, & Martyrem.

A Peruſio, Aſclepiodorum Martyrem.

A Spoleto, Serenam Martyrem, cum Gregorio Spoletano Martyre.

A Corduno, pignora Vincentii Martyris, & Levitæ, ab Hiſpania olim à duobus monachis Capuam, à Capua verò illuc deportata.

A Vevavia, alterum Vincentium Epiſcopum, & Martyrem.

A Vincentia, Leontium Epiſcopum, & Martyrem.

A Florentia, Miniatem Martyrem.

Ab urbe Tudertina, Fortunatum Epiſcopum, & Confeſſorem.

A Corſino, Luciam Syracuſanam virginem, & martyrem, à Foroaldo, Duce Spoletanorum olim à Syracuſis illuc tranſlatam.

A Sabinis, partes corporum Proti, & Hyacinthi martyrum.

Hæc omnia cum parte catenæ S. Petri Apoſtoli, cum capillis ejuſdem, & ſanguine S. Stephani protomartyris, & parte craticulæ S. Laurentii martyris, à Papa Joanne ſibi donata, cum aliis multis Ss. pignoribus, Præſul Theodoricus in Galliam hoc anno tranſtulit, & in Eccleſia S. Vincentii martyris à ſe in Inſula urbis conſtructa locavit. *Hæc Baron.*

RELIQUIÆ SACRÆ AQUISGRANENSES.

Aquiſgranum, quæ Imperialis eſt civitas, à Grano Neronis Imp. fratre primum ædificata, præterquam quod inſigni Eccleſiæ, quam Carolus Magnus maximo ſumptu condidit, decoretur, etiam ſacrarum Reliquiarum ſanctam opulentiam ejuſdem Imper. munificentia oſtentat, qui etiam ſeptennes peregrinationes ad eaſdem inſtituit, adhuc hodie obſervatas. Siquidem ſeptimo quoque anno, die 10. Julii, magna cum ſolemnitate, univerſæ devoto populo è loco editiore oſtenduntur, peregrinantibus tamen extra hoc tempus, & ſacra hæc pignora videre deſiderantibus, etiam acceſſus permittitur ipſo die Ss. Sacramenti. Elenchum omnium ad nos miſſum per compendium dabimus, ſuntque iſtæ.

Induſium B. Mariæ Virginis.

Faſciæ, quibus Chriſtus involutus eſt.

Pannus, quo Chriſtus in cruce obtectus fuit.

Pannus, quo S. Joannis Bapt. decollati corpus involutum fuit.

De S. Cruce.

De Clavo Domini.

De

De manna.

De flore Aaronis.

De oleo s. Catharinæ.

Siniſtrum brachium S. Caroli Magni.

Funis, quo Chriſtus in paſſione ligatus eſt.

Cingulum Chriſti Domini.

Corpus s. Leopardi unà cum aliis ss. reliquiis quæ ibidem aſſervantur, & ſeptimo quoque anno devoto populo monſtrantur.

Annulus catenæ s. Petri.

De capillis s. Joannis Baptiſtæ.

De ſudario, & arundine Domini.

De s. Sthephano Protomartyre.

Sanguis s. Stephani Protomartyris, ſuper quo Rex Romanorum, dum inauguratur, juramentum facit.

Brachium s. Simeonis.

Oleum de s. Catharina.

Imago B. Virginis, quam fecit s. Lucas.

Capilli B. Virginis Mariæ.

Brachium dextrum Caroli Magni.

Libri quatuor Evangelicorum in ſepulchro B. Caroli inventi.

De ligno s. Crucis, & ex ſpongia, quæ aceto plena Chriſto oblata.

De capillis s. Joannis Baptiſtæ.

Pars s. Crucis in ſepulchro s. Caroli Magni.

Caput s. Caroli Magni.

Cornu s. Caroli Magni cum gladio.

Reliquiæ s. Sanctorum.

Antiquitiæ ss. Reliquiæ.

Reliquiæ s. Spei virginis.

Caput s. Anaſtaſiæ.

Cingulum B. Mariæ Virginis.

Agnus Dei à s. Pontifice s. Carolo miſſus.

Imago artificioſa acu picta, & à peregrinis oblata.

Vera efficies s. Caroli Magni Romanorum Imperatoris, & Galliarum Regis.

* IN GERMANIA INFERIORE, SIVE BELGIO.

RELIQUIÆ SACRÆ IN DUCATU BRABANTIÆ.

AC PRIMUM,

INSIGNIS ECCLESIÆ S. SERVATII EPISCOPI.

IN OPPIDO TRAJECTENSI AD MOSAM.

Trajectum urbs munitiſſima, & ampla, in finibus Eburonum ad utramque Moſæ ripam ſita, & lapideo ponte juncta, qui decem fornicibus extenditur; nomen habet à traiiciendo flumine, neque enim ponte, ut nunc, ſed navibus traiiciebatur. Fuit hic antiquitus ſedes Epiſcoporum Tungrenſium, quæ inde eſt translata Leodium. Reſedit hoc loco Servatius Epiſcopus Tungrenſis, translata huc ſede Epiſcopali, eique XX. in eo munere ſucceſſerunt; idque circa annum Chriſti 336. alii 383. vixit autem in Epiſcopatu annos 76. cum vitam ſuam ultra nnos CCC. & LXX. cum extendiſſe ſcribat *P. de Natalibus Epiſcopus Aquilinius*. Fuit eximiæ ſanctitatis, & virtutis Epiſcopus, ut de illo teſtatur *Greg. Turonenſis l. 3. hiſt. Franc. c. 5. & lib. de glor. Confeſſor. c. 12.* & agit de eodem *Severus Sulpitius*; unde & Divorum catalogo adſcriptus, ac poſt mortem miraculis clarus extitit. Ejus corpus cum aliis ſanctiſſimis reliquiis, quarum bonam partem ex Octavienſi Galliæ urbe, Hunnorum tyrannidem declinans, idem Sanctus huc detulit, ac honorificè conduntur in Eccleſia primaria eidem nuncupata, religione, & pietate civium, ut *Uſvardus in Martyrologio* tradit; vel juxta Bedam, à Monulpho Epiſcopo Tungrenſi ædificata, & egregia Canonicorum ſocietate, ampliſque redditibus inſtructa. Eſt autem ſub choro inſignis hujus Baſilicæ Crypta, in qua Reliquiæ ſacræ habentur, quarum catalogum, & indiculum ad nos miſit R. D. Guilielmus Fexius, Theologus, & Philoſophus, ejuſdem Eccleſiæ Canonicus, & Cantor. Cujus proinde hac in re pietatem, & laborem, ex fide & ad verbum ut ajunt, ſubiicimus.

Habetur hic, inquit, in primis corpus s. Servatii Tungrenſis Epiſcopi. Cujus una pars in feretro argenteo deaurato in ſummo altari reponitur. Cujus feretri (quod hic vulgò *nootcaſte*, quaſi thecam neceſſitatis ingruentis vocant) circumgeſtatio rariſſimè fit, & non niſi in ſummis anguſtiis, vel latiſſimè graſſantis luis, vel belli imminentis; & id maxima cum celebritate, & populi concurſu innumerabili, ſæpe etiam non ſine divini auxilii indicio, & præſidio ſingulari.

Caput ejus Sancti in ſtatua argentea deaurata, gemmiſque ornata, & affabrefacta ſervatur in ſacrario, ſeu reliquiarum camera, & circumfertur bis in anno, videlicet in feſto V. N. & s. Servatii, quod longè opulentius ante excidium oppidi ornatum fuit, ſed dum illius cuſtodiæ intenditur, nimis ſolerter ſervatum fuit: nam cùm cæteræ Reliquiæ ſuis locis relictæ fuiſſent, iſtud ut ſpecialiter ſervaretur, abſtruſo loco reconditur, & proditur: Verùm dum hujus theſauri direptor magis cupiditate quàm impietate duceretur, ſacro capite cum ſua inſcriptione in altari decenter repoſito, ditiſſimum dumtaxat illius tegumentum, quod pretioſiſſimis, ac maximi valoris gemmis inſtructum erat, furtim abſtulit.

Ad ſepulchrum s. Servatii, quod in crypta dictæ Eccleſiæ viſitur, uti & ad ejuſdem reliquias, continua & frequens admodum peregrinatio fit, non modo vicinorum, verum remotiorum quam maximè, ut puta Britannorum ſuperioris, & inferioris Britanniæ: & ante infectam hæreſi Germaniam, Alſatiorum, Bohemorum, & Hungarorum, nata, ut arbitror, devotione, ex notiſſima hujus Antiſtitis olim per Galliam, & Germaniam ſanctitate, & patratis ibidem ſignis, & virtutibus admirandis.

Sunt præterea in eadem crypta, in monumento lapideo ſuper altare elevato, & à paucis annis luſtrato reperta corpora, ſeu oſſa quatuor Epiſcoporum Tungrenſium, videlicet, ſancti Valentini immediati ante ſanctum Servatium in Epiſcopatu prædeceſſoris; ſancti Candidi, qui peregrinatus ad ſepulchrum ſancti Servatii, vacante per illius mortem ſede, Epiſcopatum adminiſtravit: & ſanctorum Monulphi, atque Gondulphi, qui eam, quæ modo adhuc extat, Eccleſiæ ſancti Servatii ſtructuram (ut ſuprà à nobis ex Beda indicatum) fieri curarunt, ad ejuſdem ſancti Pontificis honorem. Quæ quatuor corpora cum aliquibus cineribus corporis ſæpedicti ſancti Servatii ibidem collocata fuerunt anno 1039. per Nithardum Leodicenſem, & Gerardum Cameracenſem Epiſcopos, ut ex literis, & ſingulis in dicto monumento repertis conſtat.

Sepulchrum dictorum ſanctorum Monulphi, & Gondulphi viſitur in medio Eccleſiæ cum hoc inſculpto carmine:

Excitus hac arca Monulphus, Aquiſque dicato
Gondulphus templo ſe reddit uterque Hierarcha.

Cujus ſenſus eſt, utrumque viſibiliter interfuiſſe conſecrationi Eccleſiæ Aquenſis divina potentia ad hoc opus eos à mortuis ad tempus reſuſcitante.

In ejuſdem Cryptæ altaris concavitate, quæ ſub Lapide eſt ſuperiore, reconditæ ſunt ſanctorum Martyrum Marcellini, & Petri reliquiæ, Roma allatæ, & huic Eccleſiæ per Einhardum ſancti Bavonis Gandavi Abbatem, & Caroli Magni Conſiliarium collatæ, & donatæ. In quarum translatione ad dictam ſancti Servatii Eccleſiam, plurima contigere miracula, de quibus miſſus tunc fuit ad dictum Einhardum libellus, annalibus Card. Baronii inſertus ad annum 828. Qui etiam ſcribit ibidem, Eccleſiam ſancti Servatii viciſſim, & in accepti beneficii gratiam, miſiſſe Romam mentum ſancti Servatii, & illud repoſitum in baſilica ſancti Petri, magno in pretio, ac veneratione haberi.

Inſuper in ſæpedictæ collegiatæ Eccleſiæ ſacrario ſervantur in magna veneratione ſubſequentes pretioſiſſimæ reliquiæ, videlicet. Lac Deiparæ Virginis, ſecundò capillorum ejuſdem faſciculus. Tertiò faſciculus crinium ſancti Joannis Evangeliſtæ. Quartò crines B. Mariæ Magdelenæ, quibus pedes Salvatoris noſtris præ nimio ſuorum peccatorum dolore, lachrymis perfuſos abſterſit. Quintò exigua pars Crucis Dominicę, quam ſub lamina argentea in forma crucis factam Beatiſſima Virgo Dei mater in memoriam amariſſimę paſſionis filii ſui ex collo ſuo ſuſpenſam geſtaſſe creditur. Pro earum reliquiarum certitudine loco documenti eſt hujus Eccleſię antiquiſſima traditio, tot ſęculorum firmata veneratione, & continuatis inſcriptionibus, ac publicationibus libro ceremoniario ejuſdem Eccleſię inſcriptis comprobata. Quę traditio non ſolùm adſtruit, eas tales eſſe, verum etiam

eaſdem

eaſdem à S. Servatio collectas, & Hieroſolymis, cùm Angelico monitu, ductuque, ad cathedram Tungrenſem duceretur, allatas, necnon Tungris Tajectum cum corpore prædicti S. Valentini prædeceſſoris ſui, aliiſque reliquiis, & ſacra ſupellectili tranſportatas fuiſſe. Et ſic à tanto auctore orta traditio, perpetuò, continuòque uſque in hunc diem permanſit.

Extat præter ſuperiora, hic Baculus pontificalis s. Servatii, quem S. Valentinus in altari Tongrenſi moriens poſuerat, facta comminatione, ne quiſquam eum aſſumere præſumeret, niſi à Deo ſpecialiter ad hoc vocatus, quemque Angelus in conſpectu totius multitudinis ſubito apparens ab altari acceptum s. Servatio à ſe adducto, in manus tradidit, & ſimul cum Epiſcopum eſſe juſſit.

Præterea Baculus peregrinationis s. Servatii, quo uſus fertur in peregrinationibus ſacris: quo & ſerpentem occidiſſe ferunt, & fontem in Alſatia excitaſſe.

Item Scyphus materiæ varii coloris s. Servatio ſitienti, quo ex fonte à ſe excitato biberet, ab Angelo porrectus. Ex quo qui aquam biberit, præſens non rarò remedium experitur adversùs febres.

Item clavis, quæ argentum materia refert, quam Apoſtolorum Princeps, cùm ad ejus ſepulchrum B. Servatius pro Gallorum gente, & Tungrorum regno, ne per Hunnos Europam vaſtantes exſcinderentur, oraret, eidem tradidit, in ſignum communicatæ eidem Apoſtolicæ poteſtatis.

In eodem ſacrario oſtenditur altare portatile, & parvus calix argenteus, quo s. Servatius in peregrinatione, & ſuæ diœceſis viſitatione utebatur. Item alius calix cryſtallinus, munitus circulo aureo, & pede ſimiliter aureo, quo in ſua Eccleſia miſſam celebrabat. Quæ omnia cum ipſo s. Servatio ſepulta, & poſt centenos annos in eodem ſepulchro incorrupta, tempore elevationis, ſive tranſlationis reperta fuiſſe, refert hiſtoria, & ſcripta traditio.

Unum deſideramus, & dolemus, vel ablatum fuiſſe in hujus oppidi excidio, vel certe adhuc in ſuis latebris, quibus reconditum fuit, deliteſcere, nobis ignorantibus velum quoddam, quod angelicis manibus allatum fuit, eoque coopertum s. Antiſtitis Servatii, cum ſepulturæ traderetur, corpus. Quod velum cùm s. Norbertus, Præmonſtratenſis fundator, S. Servatii Sacrum corpus videre, & venerari aperto ejus tumulo vellet; ad ipſius templi teſtudinem, quaſi alarum remigio evolavit, & dictum ſacrum corpus conſpiciendum dedit: tamque diu ibidem manſit, donec celebrata per dictum s. Norbertum miſſa, in ipſius brachia deſcendit: qui B. Servatii eodem denuo membra contexit. *Vide vitam S. Norberti Archiepiſcopi Magdeburgenſis, c. 52.*

Habemus adhæc brachium dextrum cum manu, & digitis S. Thomæ Apoſtoli, quibus pretioſa Chriſti Salvatoris poſt ejus reſurrectionem vulnera palpavit, argenteo incluſum brachio. Quod huic Eccleſiæ miſit victorioſiſſimus Rex Hieroſolymorum Godefridus Bullonius, fundator Capituli, & Eccleſiæ Antuerpienſis.

Item brachium s. Mauritii, Ducis unius legionis militum, pro Chriſti fide martyrio cum ſuis affecti.

Item notabilem partem capitis S. Mariæ Magdalenæ, inſigni argentea ſtatua decoratam.

Item notabilem partem ſcapulæ Sancti Bartholomæi Apoſtoli.

Magnam inſuper portionem capitis s. Martini Tungrenſium Epiſcopi Hasbaniæ Apoſtoli, capite argenteo mitrato incluſam.

Multa oſſa unius de 11000. Virginum in capſa ebunea: & ſimul qua reliquias s. Gereonis, huic Eccleſiæ dono miſſas anno 1374. à Capitulo s. Gereonis Colonienſis.

Sed quam primo loco poſitam oportuit, & magna devotione adoratur, habemus quoque vivificæ crucis partem notabilem, in qua Chriſtus pro ſalute noſtra vitam ſuam Deo Patri obtulit, argentea cruce deaurata, Patriarchalis crucis forma, videlicet duplici trabe tranſverſa, exornatam.

In aliquot ciboriis affabrè admodum factis continentur, unus annulus catenę s. Petri Apoſtoli 2. de capite ejuſdem. 3. de capite s. Pauli Apoſtoli 4. de capite Ss. Simeonis, & Judæ. 5. digitus s. Nicolai. 6. de capite s. Laurentii mart.

Viſuntur etiam hic, digitus s. Domitiani, hujus oppidi Epiſcopi; aliqui dentes s. Amandi etiam hic Epiſcopi, & Flandrorum Apoſtoli. De carne aduſta s. Laurentii.

Neque hic omittenda eſt particula capitis ſanctiſſimi præcurſoris D. Joannis Baptiſtæ, capite, & diſco argenteis contenta.

Inter cætera etiam ſervatur incluſa cruci argenteę deauratæ pars notabilis arcæ fœderis, quam Deus in veteri lege magna in veneratione haberi voluit, utpote figuram futurorum in lege gratiæ, in cujus crucis dorſo exaratum, & inſculptum eſt, *Anno Domini* 1357 *menſis Januarii* 23. *D. Carolus IV. Imperator, & Bohemiæ Rex, recepit mediam partem hujus crucis, quæ eſt de ligno arcæ fœderis ſive veteris Teſtamenti, & fecit eam hoc opere ornari ex magna devotione.*

Præterea particula ligni de Arca Noe. Quod non tam religioni, quàm memoriæ, & antiquitati tribuo.

Sunt denique innumeræ diverſorum Ss. Reliquiæ, quorum longiſſimum eſſet vel Catalogum texere.

Addam pro coronide, Illuſtriſſimum Cardinalem, & Archiepiſcopum Mediolanenſem Fredericum Borromæum nuper miſiſſe ad hanc Eccleſiam, partem Dalmaticæ S. Caroli Borromæi, & partem ſpongiæ, qua cruentatam diſciplinis carnem abſtergebat, in ipſius corpore reperta.

Singulis autem ſeptenniis per quindecim dies continuos, incipiendo à 2. Julii, oſtenduntur ex edito loco circumſtantibus peregrinis, magna cum reverentia, & devotione, ex omnibus prædictis reliquiis has ſequentes, videlicet caput, pedum pontificale, & Baculus peregrinationis s. Servatii patroni Eccleſiæ noſtræ, & oppidi. Item ejuſdem calices duo, & Crux Dominica.

Item illa Crux ſeu crucis Dominicæ pars, quam D. Virgo mater Chriſti in ſuo pectore geſtaſſe piè aſſeritur, ejuſdemque Virginis lac, cum parte capitis S. Mariæ Magdalenæ. Ad quam exhibitionem frequentiſſimus populus concurrit, qui ad ſimilem Sanctarum Reliquiarum oſtenſionem quæ Aquiſgrani, Tungris, & Treveris ſit, magna devotione peregrinari ſolet. Qui uſus ſeptennalis oſtenſionis, antiquiſſimus eſt, & omnium hominum memoria antiquior. Sed ante longè numeroſior peregrinorum affluentia fuit, quàm modò, tum propter hæreſes, quæ multos à veneratione, & æſtimatione ſacrarum reliquiarum, ut ſunt in Divos impiè averterunt: tum propter itinerum pericula. Hactenus *Guilielmus Fexius.*

Meminit *Card. Baron. tom. 9. Annal. ad an.* 755. olim Trajecti fuiſſe depoſitum corpus. s. Bonifacii martyris, Friſonum Apoſtoli, quod eò clerici illius Eccleſię detulerant, ac honorificè tumulatum; verùm s. Lullum Epiſcopum Moguntinum illi contemporaneum, Dei nutu hinc Moguntiam, & inde Fuldam tranſtuliſſe, poſtquam expoſuiſſet, quo in loco ipſe adhuc vivens voluiſſet ſepeliri. ☞ *Vide hujus rei ſeriem latè deductam ſuprà, num. 42. 43.* Quo etiam loco memoratur de Codice Evangeliorum, quem ſecum deferre conſueverat idem Sanctus, gladio ſe, licet, acutiſſimo, dum ut eſt veriſimile illum gladio ſicarii ſuppoſuit, ut ictum capite declinaret; penè diviſum, nullo tamen Caractere imminutum exiſtere, & ita etiam hodie conſervari.

RELIQUIÆ SACRÆ BASILICÆ S. MARIÆ EJUSDEM OPPIDI.

Eſt in hac civitate alia inſuper Eccleſia Collegiata ſub nomine Virginis Marię, uti antiquitate, ita & ſacrorum pignorum, quę quolibet etiam ſeptennali Jubilęo, à die 12. Julii per quindenam ibidem oſtenduntur; veneratione illuſtris, quarum ſeriem prout ad nos devenit, his adjungimus. Sunt autem imprimis egregia portio Crucis Dominicę, quę neſcias, an alibi major reperiatur, gemina brachia, ſic ut duplicem crucis formam referat extendens, auro ſubducta, & characteribus Gręcis inſignita: quam Philippus Imperator Conſtantinopolitanus huic Eccleſię donavit, ut ex archiviis Capituli iſtius conſtat.

Duę ſpinę coronę Dominicę.

De columna, in qua flagellatus Chriſtus, & illius ſepulchro.

Particula virgę Aaron.

Portio capitis S. Catharinę.

Reliquię, & oſſa corporis S. Barbarę.

Caput s. Bartholomęi Apoſtoli, ſuperiore craneo deſtitutū.

Medietas cinguli quo uſa creditur Virgo Deipara, & de illius ſepulchro.

Pars oſſis è corpore B. Marię Magdalenę, & de capillis ejuſdem.

Cotta, ſive ſuperpelliceum, quo uſus aliquando s. Lambertus hujus urbis Epiſcopus.

Particulę Reliquiarum Sanctorum Servatii, & Huberti Epiſcoporum.

Pars cingulorum ſanctarum Elizabeth, & Barbaræ.

Particula veſtis purpureæ Domini noſtri: Item ſpongiæ, quæ ori ipſius fuit circumpoſita.

Portio reliquiarum S. Annæ matris Domini: Item ſepulchri Deiparæ.

Reliquiæ minutæ Ss. Catharinæ, & Margaretæ.

Dens, & alius os S. Agnetis virg. Item dens S. Agathæ, & & alius S. Margaretæ.

Brachium S. Nicolai, cum lagenula olei, quod ex ſepulchro ipſius ſtillavit.

Brachium S. Petri Epiſcopi Alexandrini.

Crux aurea, quam Imperator Conſtantinus in ſuo pectore geſtare ſolebat, adversùs infideles in prælium iturus.

RELIQUIÆ SACRÆ CIVITATIS ANTUERPIENSIS.

Antuerpiam, quam urbium ocellum jure appellat Juſtus Lipſius, Mercurii regiam, fortis domum, & Martis aream, in ſuis Epigrammatibus Urintius, ut cui juxta Scaligerum cucta inſunt, quorum ſingula aliis civitatibus; plura commendant, quam ut à nobis per compendium hoc loco ſcribantur. Olim etiam priuſquam ſub hæreticorum gladio Belgium gemeret, ſacrarum Reliquiarum theſaurum oſtendit, & inter illas ſacratiſſimum Chriſti Præputium, per Matrem illius benedictam, ut probabiliter tenent multi, in circumciſione abſciſſum, quod Godofridus Bullonius urbis illius Marchio, & Hieroſolymorum Rex, ad inſtantiam Henrici Noeſe, qui ei à confeſſionibus ſacris erat, ac Epiſcopus ibidem, miſit capitulo hujus urbis à ſe pridem inſtituto, per manus D. Arnoldi Heerbrant Sacellani Antuerpienſis, ſub annum Domini M. C. & X. Quod rectè munus omni theſauro pretioſius habitum fuit à clero, & populo iſtius non modò urbis, ſed totius inſuper Provinciæ, ac vicinarum etiam, & diſſitarum, ut quarum incolæ ſummo pietatis affectu, ad viſendas, ac venerandas ſanctiſſimas has Dominicæ carnis à verbo aſſumptæ reliquias, præſertim poſtquam evidenti miraculorum teſtimonio, omnem de veritate earumdem dubitationem eximere dignatus fuiſſet ille, de cujus corpore deſumptæ fuerant, certatim accurrebant. Excitatum fuit ſub nomine illius perelegans Sacellum in latere ſeptemtrionali ejuſdem Eccleſiæ: & percelebris fraternitas; ac inſtituta ſolemnis proceſſio, quæ anniverſario ritu etiam hodie continuatur; in feſto Ss. Trinitatis. Extat horum omnium authenticum inſtrumentum munitum ſignatura, & ſigillo capituli, de data Anni MCCCCX. menſis Junii D. X. In quo particulatim ea recenſentur, quæ à nobis ſunt tradita, & ſimul miracula quædam in eorumdem confirmationem patrata. Tenorem ejuſdem viſum fuit his ſubiicere, quoad hanc rem concernit.

Univerſis, &c. Tradiderunt quippe nobis ſeniores noſtri, quòd olim regnante in terra ſancta felicis recordationis Illuſtriſſimo, Chriſtianiſſimoque Principe, Fundatoreque noſtro Godefrido de Buillon, Hieroſolymitanorum Rege, erat cum illo generoſus quidam vir Antuerpienſis oppidanus, Henricus Noeſe, Presbyter, & ejuſdem Domini Godefridi Capellanus, qui dehinc Hieroſolymorum factus Epiſcopus, videns ſuccedente Balduino, præfati Regis Godefridi fratre, ſævitiam infidelium reinvaleſcere paganorum, natalis patriæ nimirum affectus amore, conquiſitum ante, & ſufficienti documento probatum Domini noſtri Præputium, per manus cujuſdam noſtratis fidi Capellani ſui, & noſtri Arnoldi Heerbrant, priuſquam morte corporali illic præveniretur, ut rem tam ſacram indignis infidelibus ſubtraheret, ad noſtram præfatam Antuerpienſem Eccleſiam memoriale ſui perenne fideliter tranſmiſit, dignè fidelibus adorandum. Ait enim Dominus per Prophetam: De Hieruſalem exibunt reliquiæ. *Iſaiæ 36. & alibi*: Diſperdam de loco (ſcilicet Hieruſalem) reliquias, *Sophoniæ* 1. & *Zachariæ* 4. Poſſidere faciam reliquias populi hujus. Ac ne fortè levitate quadam à nobis res hæc ſuſcepta nonnullis prima facie videatur, nonnulla ſubſecuta in atteſtationem ſignaculi hujus ſtupenda miracula (quæ operari olim dignatus eſt Dominus) plurima tacentes, referemus.

Et intermiſſis nonnullis, refertur in eodem Inſtrumento, quomodo Reverendiſſimus Cameracenſis in hac Eccleſia celebrans, & petens ſibi ſuper corporale magna cum veneratione reponi Præputium, oranſque Deum pro aliquo ſigno, inter Miſſarum ſolemnia, tres ex eodem Præputio guttulas ſanguinis (quæ in hoc uſque ævo apud nos, inquit, notabiliter apparent) in corporali, cui impoſitum fuerat, ſtupens viderit reſudaſſe.

Item Siciliæ Reginam, cùm ab incurabili morbo quateretur, voto ad Præputium viſitandum facto ſtatim perſanatam. Cùmque ea poſt Antuerpiam veniret, & ei obviàm cum ipſo Præputio iretur à Clero: Dæmoniacum quendam horribili voce Canonicis improperaſſe, pro eo quod carnem immortalis Regis mortali fœminæ obviàm ferrent, illicoque à dæmone liberatam eſſe, &c.

Et ſub finem: Hæc igitur in hac re ſunt monumenta noſtra, hæc ſeniorum noſtrorum fidelis relatio, quam ſcribimus, quæ ſingulis annis à tanto tempore, quod contrarii memoria non habetur, multis hominum millibus prædicantur.

In quorum teſtimonium hoc præſens ſcriptum noſtrum ſigilli noſtri appenſione ex certa ſcientia duximus communiri. Datum Antuerpiæ in loco noſtro capitulari. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimo, menſis Junii die 10.

Sanctum autem Præputii Dominici pignus aliquot ſæculis ſumma veneratione in Eccleſia Antuerpienſi habitum fuit, ſic ut in illius honorem uti diximus paulo ante, Chorus ædificatus, qui etiam hodie circumciſionis appellatur, & celebris Fraternitas inſtituta fuerit. Donec anno Dom. M D. LXVI. novis Genſiis, neque enim ea monſtra avorum ætas viderat: in Dei templa, ſacraque pignora Lutherano, ac Calviniano furore debacchantibus, quidam Hermanus Stuiicker homo nefarius, Calviniſtarum anteſignanus, hic theſaurum cum aliis multis ab Eccleſia Antuerpienſi impiè abſtulit, ac multo tempore thecæ aureæ incluſum, ita ſemper fuerat, è collo ſuſpendit; unde non putatur interiiſſe, ſed alibi inter illius hæredes etiamnum reſervari, utinam aliquando Eccleſiæ reſtituatur! Fuere in eadem Eccleſia plures Reliquiæ illuſtriores, ſed temporum malitia, & Iconoclaſtarum impietate periere. Superſunt dumtaxat hodie.

IN DOMO PROFESSA SOCIETATIS JESU.

Habet Societas Antuerpiæ domum Profeſſam, nuper illuſtri Eccleſia, quæ ſplendore ſuo, ſive fabricam, ſive interiorem ſpectes ornatum, inter primas Europæ accenſeri meritò poteſt, cumulatam, in qua inſuper ſacrarum Reliquiarum, quas ſubiicimus, theſaurus oſtenditur. Sunt autem illæ.

Duæ particulæ veræ crucis Domini.

Corpus S. Proſperi martyris Romani.

Caput S. Guilielmi Confeſſoris, patris Eremitarum montis Virginis, qui obiit anno CCC. XLII.

Pars capitis S. Cordulæ, S. Jacobi minoris, S. Luciæ.

Dentes duo S. Scholaſticæ ſororis Benedicti Abbatis, ex capite ejus, quod ante annos CC. in Carthuſia prope Trajectum fuit honorificè ſervatum.

Pars oſſis unius ex ſociis S. Placidi Martyris.

Oſſa Ss. Paulini, Valerii, & de capite S. Maximiani. Extracta ex Cœmeterio S. Sebaſtiani.

Particula Spongiæ Dominicæ, qua Chriſtus fuit potatus, accepta ex majori portione ejuſdem, quam Conradus Comes Lucemburgenſis ſecum tulerat ex itinere Jeroſolymitano.

Fruſtula oſſium, & veſtium S. Ignatii Lojolæ, & fruſtulum carneum Brachii S. Xaverii cum parte Holoſerici cui, corpus dum Goa Romam transferretur, fuit involutum.

Oſſa oblonga Ss. Severi, Valerii, Valentini, Zenonis Martyrum, anno 1615. Roma translata.

Fruſtum juncturæ ſive coſtæ humeralis S. Annæ, ex dono Capituli s. Gangulphi Hinsbergæ an. 1618. tranſmiſſo.

Articulus S. Barnabæ Apoſtoli, dono acceptus à Ferdinando Electore Colonienſi.

Pars capitis B. Chelydris, quæ una fuit ex ſociabus s. Urſulæ.

Ss. Undecim millium virg. duo capita, & pleraque oſſa.

Pars notabilis coſtæ ſanctæ Margaretæ. Item s. Chr ſti i næ.

Ss. Thebæorum Trevirenſium duo capita, 4. partes craneorum, duę mandibulę, ſex oſſa oblonga, ex dono Illuſt. Lotharii Archiepiſcopi Trevirenſis.

Ss. Trevirenſium duo oſſa ſatis magna.

Coſta S. Euphemiæ, S. Arnuldi, S. Agaſſii.

Item duo iterum capita SS. Undecim millium Virg. cum aliis partibus.

Pulveres oſſium Ss. Annæ, & Margaretæ, os S. Nicetii Epiſc. A Treverenſis, quæ donavit Reverendiſſ. D. Attilius Amalthæus Archiepiſc. Athenarum, an. 1612.

Ss. Thebæorum, & Treverenſium caput unum, mandibulæ duæ, Brachia tria, & tibiæ totidem, ex dono capituli S. Paulini extra muros Treverenſes, an. 1613.

Iterum SS. Treverenſium tria oblonga oſſa, & pars cranii.

Ss. Treverenſium capita tria, & varia oſſium fragmenta.

Ss. Undecim millium virg. oſſa varia, & caput iterum integrum, acceptum à monaſterio S. Bonifac. in Colonia, ann. 1612.

S. Felicitatis virg. & mart. illuſtres reliquiæ, ex cœmeterio S. Priſcillæ Romæ impetrata cum venia Sanctiſſ. Domini Pauli V. unà cum aliis reliquiis alterius Martyris ex cœmeterio Calixti an. 1616. tranſmiſſæ domui huic Profeſſæ.

Item S. Maximi mart. reliquiæ ex eodem cœmeterio S. Priſcillæ: & aliæ nonnullæ extractæ ex cœmeterio S. Cyriacæ. Item corpus cujuſdam martyris ex cœmeterio S. Laurentii, de conſenſu ejuſdem Sanctiſ. Domini acceptum.

Inſuper aliæ Reliquiæ ss. Fortunati, Innocentii, Cyrini, Ce- B realis Martyrum, quæ extractæ interveniente licentia ejuſdem Pauli V. & huc miſſæ an. 1622.

De Calvaria S. Mariæ Magdalenæ.

Oſſa integra ss. Sebaſtiani, & Vvillebrordi, quæ olim Ultrajecti in veneratione, & cultu fuerunt.

Fragmenta S. Elizabethæ, & Pinoſæ Virg. ex calvaria earumdem.

Item varia oſſa ss. Martyrum Pancratii, Bonifacii, Calixti Papæ, Pantaleonis, Meloni, Capilli S. Quirini martyr.

Reliquiæ S. Martini Confeſſ. S. Germani, Montanii, Valerici, Eligii, Antonii Confeſſorum.

S. Electæ virg.

Ss. Jacobi, & Joannis Apoſtolorum.

Inſuper S. Abrahæ Patriarchæ. Quæ omnes reliquiæ pro veris probatæ, & viſæ fuerunt per Reverendiſſ. Dom. Hubertum Epiſcopum Irpurſenſem, idque an. 1611.

Particula S. Laurentii, Ss. Innncentum, & iterùm XI. millium virg. variæ Reliquiarum fragmenta S. Caſſiani, Ruffinæ, Secundæ, Hygini, Urbani. Oſſa varia S. Martini Epiſc. & S. Jacobi Apoſt. Ss. Ruffinæ, & Secundæ. Duo itidem capita XI. millium C virg. Colonia accepta an. 1504.

Uti & Reliquiæ Ss. Marquardi, Juliani, Albani ex legione Thebæa. Os Suſannæ, & alia pleraque XI. millium Virg. & Ss. Treverenſium, miſſa ex monaſterio Semmenrodienſi, an. eodem.

Reliquiæ Ss. Drapheſæ, Victoriæ, Deiparæ, Cæciliæ.

Mart. Treverenſium duo capita 7. tibiæ integræ, aliaque oſſa.

Pars capucii S. Simeonis.

Caput S. Guilielmi Aquitaniæ ducis approbatum per Clementem VIII. Pont. Max. an. 1594.

S. Bennonis particula, ex corpore, quod Monachii ſervatur.

Thebæorum ſub Duce Bonifacio tria oblonga oſſa.

Duæ partes cranii S. Marthæ.

Item reliquiæ SS. Ceciliæ, Blaſii, Agnetis, Barbaræ, Adriani.

Laterna S. Lybidinæ.

Reliquiæ ſociorum S. Bonifacii, Theoneſti Epiſc. Elizabethæ, Catharinę, Antonii, Martini, Geſerinę, & ſociarum D S. Urſulę.

Dens. S. Joannis Baptiſtę.

S. Agathę, S. Alberti reliquię.

S. Cyrillę virg. & mart ex cœmeterio s. Calixti Romę.

Denique oſſa, & reliquię Ss. Virg. & Martyr. Luciæ, Priſcę, Balbinę, Marię Ægyptiacę, Anabedę, & Ss. Innocentum.

Pręter ſupraſcriptas ſuis thecis reconditas, & nominatim diſtinctas, ſunt ibidem plures alię, quarum nomina ignorantur à nobis, at ſignatę ita confidimus: habentur in libro vitę.

Reliquiæ Illustriores Ecclesiæ Tungrensis.

Tungri veteres Gallię Belgicę populi, à Cornelio Tacito Plinio, & aliis antiquis ſcriptoribus celebrantur. Horum metropolis fuit Advacuta, ſeu Advacutum, cujus Julius Cęſar in commentariis de bello Gallico, & Ptolemęus meminerunt: ut eruditi non pauci arbitrantur. Hodie exiguum eſt oppidum, vulgo Tungeren nuncupatum, ad Lecoram fluvium, tertio à E Leodico milliari, quod olim longè ampliſſimum fuit: ut antiqua mœnia, ſeu muri, in agro ſuburbano extantes, etiamnum teſtantur. In hoc oppido fuit olim cathedra Epiſcopalis, quam inde S. Servatius ad Trajectum ad Moſam, poſteà S. Hubertus Leodicum tranſtulit.

In dicto oppido Tungrenſi eſt inſigne templum Deiparę ſacrum, in quo Otgerus Epiſcopus Leodienſis Canonicos 30. conſtituit: Idem Baſilicam ab Hunnis everſam, rurſus ædificavit: ut ex illius loci monumentis conſtat.

In templo iſto variæ Ss. reliquiæ adſervantur, quę ſingulis ſeptenniis, die XI. Julii, & quindecim proximè inſequentibus, ſolemniter populis undique confluentibus ſolent oſtendi. Sunt in his, Icon ſacra B. Virginis prodigiis inclyta. Quòd per cœlicas ſpirituum turmas hora noctis undecima ann. reparatæ ſalutis. LXXXI. prædicta imaguncula B. Virg. eodem in loco, ubi hodie eſt, miro lumine coruſcans delata eſt: atque cum ſæpe ſæpius in S. Martini Antiſtitis Parochiæ æde repoſita illa fuiſſet, eodem Angelorum famulitio intempeſtiva nocte ad hunc eundem locum reperta eſt tranſvolaſſe.

Præterea Brachium S. Materni, primi Tungrenſis Epiſcopi, F ejuſdem pedum Epiſcopale.

Brachium S. Laurentii, cum parte capitis, & ſcapularum ejuſdem.

Lac, & pars ex velo capitis B. Marię.

Digitus S Joannis Baptiſtæ.

Pars reliquiarum S. Urſulæ, & capita S. Spinoſę, & S. Olivæ ejus ſodalium.

Oſſa quædam S. Sebaſtiani.

Velum capitis, & cingulum S. Eliſabethæ Lantgraviæ.

Brachium S. Chriſtophori, & quædam oſſa S. Quirini.

Reliquiæ varię Ss. Apoſtolorum Petri, Pauli, Andreę, Bartholomęi, & Matthię.

Pars Crucis Dominicę.

Una ex Spinis coronę Dominicę: & alię reliquię varię, quę omnes argenteis thecis reconduntur, & ſacrario pro parte ſub cuſtodia Theſaurarii ſervantur. *Ex Faſtis Belgicis Aub. Miræi.*

IN FLANDRIA.

Reliquiæ Sacræ Gandavenses. G

Gandavium metropolis Flandrię, & Belgarum ob agri amœnitatem, aeris ſalubritatem, & naturę loci beneficia, ut quem tres Fluvii perennibus aquis fœcundi interſecant, & ambiunt: delicium natale Imperatoris invicti Caroli V. & bellis fortiter geſtis nobile, jam olim ex quo Chriſti jugum ſuſcepit, etiam Religionis zelo, cujus fidem faciunt excitatę ibid. ſacrarum Ædium moles, efferbuit, Deique magnalia, quorum non contemnenda portio Sanctorum Reliquię ad ſe transferri, eaque ſumma in veneratione habere laboravit. Et quamvis hęreticorum Novitiorum furor hic elapſo ſeculo debacchatus in Divorum templa, Aras, & ſuperſtites Reliquias fuerit, non defuere tamen viri pietate, & religione pręſtantes, qui has ſepoſuerint, & affulgente tranquillitatis luce Eccleſię reddiderint.

Elenchum autem illarum nobis communicavit R. D. Lucas Oomoſt in Cathedrali ibid. Canonicus, ex Autographo litterarum præfatæ Eccleſiæ, quarum hæc ſumma Dominæ noſtrę ſereniſſimæ Orgivę Comitiſſæ Othelboldus gratia Dei Abbas, cæterique Gandenſis Cœnobii fratres, debita ſervitutis, & H orationis obſequia. Præcepit nobis excellentiſſima pietas veſtra, ut nomina Sanctorum, quorum corpora annuente Domino apud nos continentur, ſcriberemus: Obtemperantes Juſſionibus veſtris annotavimus, & direximus vobis ea, ut memoria eorum jugiter vobiſcum eſſet in pręſenti, & ut partem cum eis mereremini habere in futuro. Nomina autem eorum hęc ſunt.

Primus, & pręcipuus patrię noſtrę patronus S. Bavo cognomento Allovvinus, nobiliſſimus, atque ditiſſimus Hasbanienſis pagi Comes, beatiſſimæ Gertrudis virginis conſobrinus, prędicatione beati Pontificis Amandi, immò Dei omnipotentis inſpiratione tota mentis devotione converſus, relinquens cognationem, & patriam, ipſumque Pręſulem Gandavum ſequutus, dum ſtuduit relinquere terrena, meruit obtinere cœleſtia, ſed hæc liber vitę plenius refert. *De eo Molanus in Indic. SS. Belgii* 1. *Octob.*

Secundus S. Landoaldus Romę Pręſul ordinatus eſt, & à prędicto Pontifice Amando accitus, ut gregem Domino

fidelium

fidelium ſancta ſecum prædicatione in Galliis amplificaret, A poſtquam multas ad Dominum plebes convertiſſet Trajectenſem per novem annos rexit Pontificatum, ſanctumque Lambertum Landbertum, ab annis puerilibus, ſtudiis cœleſtibus informans, poſt multa bonorum operum inſignia in eodem eſt Epiſcopio tumulatus *Molanus* 19. *Martii*.

Tertius Beatus Umantius ipſius S. Præſulis Landoaldi Archidiaconus cum ipſo in eadem theca repertus. *Molanus* 19. *Martii*.

Quartus S. Andrianus martyr ipſius ad regem Hildricum internuncius, & in ipſa legatione à latronibus interemptus ſimul cum eo eſt tumulatus. *Molanus* 19. *Martii*.

Quinta ſancta Vinciana virgo, ſoror ejuſdem S. Landoaldi. *Molanus* 11. *Septemb.*

Sexta Beata: antiquæ literæ habent Lanchdrada: Landrada Beliſiæ Abbatiſſa, quæ beatam docuit Amalbergam: Hi cum B. Landocalbo de Roma pariter venientes, & ipſius ubique laboris, & prædicationis conſortes, cum ipſo ſimul ſunt tumulati, & Deo propitio ad nos uſque perlati, ſed hæc omnia liber de geſtis eorum conſcriptus manifeſtat. *Molanus* 8. *Julii*.

Septima Sancta Pharahildis martyr, & virgo apud nos anti- B quitus reperta. *Molanus* 4. *Januarii*, & falsò aſſeritur martyr, obiit enim nonagenaria.

Octavus S. Livinus Epiſcopus de Schotia, cauſa orationis veniens, & apud villam quandam Sancti Bavonis hæreditariam à viris malignis interfectus palmam eſt à Chriſto martyrii adeptus. *Molanus* 12. *Novemb.*

Nonus beatæ memoriæ Macharius Antiochenæ ſedis, ut ipſi fatebatur, Archiepiſcopus, ut ipſi vidimus ſapientia, & morum honeſtate præclarus, quem Dominus poſt plurima peregrinationis incommoda nobis eſt tranſmittere dignatus, atque præſentis vitæ moleſtia exutum, & æterna gloria ſublimatum crebris miraculorum ſignis poſtmodum mirificè decoravit. Deinde quanta apud nos plurimorum ſanctorum pignora habeantur, ſcilicet Apoſtolorum, martyrum, confeſſorum, virginum antiquitus ab ipſo Chriſtianitatis exordio recondita, niſi quis oculis inſpexerit, neque narranti, neque ſcribenti facile credit. *Molanus* 9. *Maii*.

De quod his maximum, & pretioſiſſimum omnibus eſt, pars quædam magna Ligni ſalutaris cum ipſo redemptionis noſtræ cruore manifeſtiſſimè perfuſa, & fabrica annali auro, gemmiſque pretioſis decentiſſimè inſerta. Nunc igitur Dominica noſtra dulciſſima quoniam ſatis nobis factum eſt C de corporibus, & reliquiis Sanctorum, incluſa eſt pars iſta cruci ex cryſtallo, & argento deaurato, quæ putatur eadem eſſe, de qua hic mentio.

Cæterùm conſtat ex chronico Gandavenſi MM. ss. Abbatem Othelboldum obiiſſe an. Dom. M. XXXIII. unde conſequenter colligitur, quo tempore præfatæ Reliquiæ hic fuerint repoſitæ.

Præter antedicta Ss. corpora, ſervantur in Eccleſia Cathedrali S. Bavonis Ganden. Reliquiæ, & oſſa S. Brixii mart. *de eo Molanus* 11. *Novemb.*

Item S. Idæ virg. de qua *Molanus* 20. *Junii*.

Inſuper caput S. Peregrini.

Plura capita, & Reliquiæ XI. mil. virg. & mart.

Præclaræ Reliquiæ S. Pancratii, de quib. *Molan.* 12. *Maii*.

Reliquiæ etiam ss. Marcellini, & Petri, quas Einhardus Abbas an. 828. Roma detulit ut *Molan. in Chronic. c.* 22.

Anno 684. partes notabiles Reliquiarum S. Barbaræ allatæ ſunt ad monaſterium S. Bavonis, quia verò incluſæ erant Thecæ argenteæ deauratæ unà cum corporibus ss. Bavonis, & D Livini, temporibus hiſce turbulentis perierunt, ita ut modò habeantur tantum exiguæ particulæ Reliquiarum ss. Bavonis, & Livini, quæ aliunde ubi anteà communicatæ erant, reſtitutæ fuerunt.

In S. Petri cœnobio.

Corpus S. Amelbelgæ virginis Tamiſienſis, quæ circa annum Chriſti I CCC. LXXII. obiit.

Corpus S Bertulphi confeſſoris: item S. Guduvali quondam in Britannia Archiepiſcopi.

S. Anſberti Rhotomagenſis Archiepiſcopi.

S. Vvandreſii Abbatis, S. Arnulphi Epiſcopi Metenſis avus.

S. Vvulframni, ſive Vvulphronii Suenonum Archiepiſcopi, qui Radbodum Regis filium in Friſia ad Chriſti fidem convertit.

S. Conderi Angli Monachi.

S. Florberti Abbatis primi cœnobii Blandinienſis *Apud Carmelitas mitigatos.*

Pars corporis S. Alberti de monte Drepano.

Brachium B. Simeonis Stock. v. Carmelitanum Ordinis E Generalis, cui per aſſiduas preces. Carmelitarum veſtem (quam Scapulare vocant) à Deipara donatam ferunt.

Apud Clariſſas virgines velatas.

Corp. B. Coletæ Boyletæ, cum ejuſdem cappa, veſtimentis.

Tria item capita ex congregatione S. Urſulæ.

Item de corpore S. Mauricii martyris.

Apud Dominicanos Patres.

Spinæ duæ de corona Domini, cum parte vivificæ Crucis argento inſerta.

Habent & quidpiam de corpore S. Joannis Baptiſtæ,

S. Blaſii Epiſcopi, & martyris.

S. Annæ viduæ, Mariæ Deiparæ matris.

S. Apolloniæ virg. & mart.

S. Petri martyris Dominicani lipſanon aliquod ad pellendas febres efficax.

In Collegiata Eccleſia S. Nicolai.

Corpus S. Pharaildis virg. quæ per omne conjugii tempus illibatam virginitatem cuſtodivit: item panes nonnulli, qui Dei, & virg. Pharaildis judicio in lapides converſi ſunt.

Apud Patres Societatis JESU. F

Roma ad hoc collegium nuper advenit corpus S. Roſæ, ſed publico nondum cultui expoſitum.

Dens S. Livini, capita item quatuor ex congreg. S. Urſulę, de Legione item Thebęorum reliquias aliquot.

Reliquiæ Sacræ Brugenses.

Etiam Brugæ, à Pontium frequentia ita dictę, quę olim emporium non parvi nominis inter alias Europę: mole ſua, ſitu, ædificiorum nitore, & cultu, incolarum denique Religione, comitate, & genio nobiles, præ aliis celebrioribus Flandriæ civitatibus, hoc inſuper ſacrorum pignorum theſauro ditantur. Quarum quidem Elenchum cum pridem ad nos tranſmiſerit Franciſc. Prioul, Cathedralis Eccleſiæ S. Donatiani ibid. Canonicus, eundem lectori exhibemus, additis nonnullis explicationis gratia.

In Eccleſia Cathedrali S. Donatiani, ſervantur varia feretra, ſive capſę ſacris Reliquiis adornatę, utpote.

Capſa cum oſſibus S. Donatiani confeſſ. & VII. Archiepiſcopi Remenſis, quę olim Ebo Archiepiſcopus miſit Balduino Flandrię Comiti, ut refert *Molan. in Annal. SS. Belg.* 14. *Octob.*

Altera cum quibuſdam oſſibus S. Baſilii, & aliorum SS.

Tertia reconduntur reliquię S. Maximi Epiſc. Regienſis in G Provincia, & plurium, & Ilerii Epiſcopi.

Quarta ſervat venerabile caput S. Joan. Chryſoſtomi.

Quinta continet oſſa pleraque S. Chryſolii Armeni Epiſc. & mart. in Flandria, ad quam Provinciam venit prędicandi Evangelii cauſa, miſſus à Marcello Papa. In Urelenghem martyrium ſubiit: & mortuus ad duo paſſuum millia ambulavit ad locum de Comines Diœceſ. Tormac. ubi maxima corporis portio quieſcit. *Molanus* 7. *Februarii*.

Sexta arcula habet oſſa B. Caroli Comitis Frandrię, à Sicario Stratenſi an. 27. occiſi Burgis, eaque cuſtoditur in ſacrario ejuſdem Eccleſię, meminit illius *Molanus*, 2. *Martii*, & *P. Æmil. l.* 5. *Meyerus in An.*

In Sacello S. Baſilii.

Notabiles Reliquię ſervantur Cruoris Domini, prout è corpore illius, poſtquam de Cruce erat depoſitum, ablutus fuit. De quo nos infrà nonnulla.

In Eccleſia Collegiata S. Salvatoris.

Eſt feretrum cum Reliquiis S. Eligii confeſſoris, & aliorum SS. H

In Eccleſ. Collegiata B. Virg. Mariæ.

Reponitur pars notabilis Crucis Dominicę, cubiti magnitudine.

Item capſa cum Reliquiis S. Bonifacii Germanorum Apoſtoli: Eobani quoque, & Atthalarii Epiſc. martyr. & ſociorum ejus.

In Parochiali S. Ægidii.

Servatur pars notabilis brachii S. Ægydii abbatis.

In Monaſterio Audemburgenſi.

Eſt feretrum cum Reliquiis S. Arnoldi, ſeu Arnulphi Epiſcopi, & Abbatis.

Apud Prædicatores, cuſtoditur pars magna Brachii S. Vincentii Diac. & mart.

Monaſterium S. Jodolevę, quę fuit martyr Caſtellę, anno 1070. ut teſtis eſt *Molanus* 6. *Julii in Nat. SS. Belgii*.

Decoratur reliquiis ejuſdem S. Virg. & Mart.

Inſuper capite integro illius, qui argenteę thecę includitur.

Maſſa

Maſſa quoque ſanguinis ejuſdem concreti, & candidi, A prout è puteo, in quem jam ſtrangulata, projecta fuerat, extractus eſt. Cujus putei virtutem ſanandi febres, aliosque morbos habuiſſe, teſtatur *Drogo Monachus tom. 4. apud Surium*. Et memorat ex eodem *Molanus ſupra*, humum, ubi necata illa fuerat, in lapides albos converſam.

Porrò quod de ſanguinis Domini noſtri portione in Sacello S. Baſilii repoſita aſſeritur, intelligendum eſt de cruore illo, qui collectus exiſtimatur, dum corpus illius de cruce depoſitum, per Joſephum ab Arimathia, & Nicodemum ablueretur ante ſepulturam. Cujus portione Theodoricus Alſatius Flandriæ Comes, qui quartò in Palæſtinam exercitum duxit, donatus fuit à *Fulcone* Hieroſolymorum Rege, cujus is filiam Sybillam conjugem habuit, & in hoc Sacellum transferri, & reponi curavit ſub annum M. C. XLVII. per *Leonium* Abbatem S. Bertini. *Molanus 3. Maii. Et Chronica Imperii c. 43.*

* IN HANNONIA, ET ARTESIA. RELIQUIÆ Sacræ Tornacenſes.

Tornacum vetus Nerviorum ſedes, à robore gentis, & avita pietate commendatur, ut quod excuſſo gentilitatis ju- B go, jam à tempore, quo B. Maternus Tungris reſidebat, Evangelii lucem videre cœpit, ac infrà tertium ſæculum ab orbe redempto, opera Ss. Piti, Chryſolii, Euberti, & aliorum virorum Apoſtolicorum, ad fidem Chriſtianam devenit. Eſt in eo inſignis Eccleſiæ Cathedralis moles quinque turribus conſpicua, Virginum dicata, opulento, & numeroſo Canonicorum collegio illuſtris, ſed inæſtimabili ſacrorum Pignorum, quæ veteres Epiſcopi, & Principes contulerunt, theſauro illuſtrior. Quamvis ſub annum D. CCC. LXXX. ſub Calvo Francorum Rege, Tornacum diripientibus Nortmannis, etiam fabrica Eccleſiæ multùm detrimenti paſſa fuerit, ac Emlione Epiſcopo in porticu illius occiſo, clerus cum S. Reliquiis, & paramentis Noviodunum ſe contulerit, & annis XXX. ibidem manſerit: ac poſtmodum ad propria redierit.

Eccleſiæ hujus Sacrarium Lectori damus ex fide, prout illud ſuo chronico deſcripſit *Joannes Cognatus* præfatæ Eccleſiæ Canonicus, & ad formam Diarii partitus, illius pignora certis diebus aſſignavit, quibus proponi in ſummo altari jam olim, hodieque conſueverunt tempore Miſſæ con- C ventualis.

Mense Januario.

Die 2. Proponitur, & defertur Maxilla cum exigua coſta S. Stephani Protomartyris.

Die 3. Exiguum os Ss. Innocent. pro Chriſto occiſorum.

15 Duo Oſſa majora, & dens cum paucis reliquiis ſancti Mauri Abbatis.

16 Dens S. Fortunati confeſſ. Et aliud Reliquiarum panneum, in quo fuit tumulatus S. Furſius Confeſſ.

17 Reliquiæ S. Antonii Abbatis.

18 Junctura, ſive nervus brachii ſancti Petri, & oſſa minora ejuſdem capſæ incluſa cum quodam ligamine. Item magnum os corporis S. Pauli. Et reliquiæ S. Priſcæ virg. & mart.

19 Oſſa plurima SS. Marii, Machuti, & aliorum Ss.

20 De S. Sebaſtiano mart.

21 Oſſa, & capilli S. Agnetis.

22 De ſancti Vincentii martyris corpore.

25 Os magnum corporis S. Pauli.

27 De S. Joanne Chryſoſtomo.

D 28 Alterum os, & portio capillorum S. Agnetis.

Februario.

Die 1. De S. Ignatio Martyre.

2 Vide octavam Decembris.

3 Magnum os S. Blaſii mart. & nonnullæ reliquiæ minores.

5 Reliquiæ S. Agathæ virg. & mart.

6 S. Amandi confeſſoris.

20 Os prægrande S. Eleutherii Epiſcop. Tornacenſ. incluſum brachio argenteo. Item oſſa minora, & pulveres ejuſdem Sancti.

22 Sicut die 18. Januarii.

Martio.

1 Reliquiæ S. Albini Epiſcop. & Confeſſ. nempe os ſatis grande.

7 Tria oſſa Ss. Perpetuæ, & Felicitatis.

12 Exiguum os de S. Gregorio Papa.

17 Ex S. Gertrude virg. & S. Margareta itid. virg.

25 Caſula S. Ludgeri Epiſcopi.

26 Exhibetur Reliquiarium in forma Turris, quod etiam 8. Decemb. E

Aprili.

23 De S. Georgio martyre.

25 Tria oſſa S. Marci Evangeliſtæ majora: & nonnulla minora cum parte lapidis, in quem cecidit ex ſanguine illius.

Majo.

1 Duo oſſa notabilia Sanctorum Apoſtolorum Philippi, & Jacobi.

3 Pars veræ Crucis Dominicæ.

6 Ex veſte S. Joannis Apoſtoli, & Evangeliſtæ.

Junio.

2 Oſſa bina ſatis notabilia Sanct. Marcellini, & Petri Martyris.

11 Os S. Barnabæ Apoſtoli.

24 Ex veſte S. Joannis Bapt. Item de capite, oſſibus, cilicio, cum dente illius.

29 Sicut 18. Januarii, niſi quod nunc etiam exhibeatur reliquiarium cum reliquiis S. Benedictæ virg.

30 Aliud os præter priora, S. Pauli, & reliquiæ ſancti Martialis mart.

Julio. F

1 *Vide 24. Julii.*

2 *Vide 8. Decemb.*

4 Duo dentes S. Martini Epiſc. & Confeſſ.

6 Uti 20. Februarii.

17 De S. Alexio confeſſore.

18 De S. Odeilia virg. & Martyre.

20 Magnum os S. Margaretæ.

22 Duo minora Fragmenta oſſium S. Mariæ Magdalenæ. Item ex unguento, & capillis ejus. Lapidem etiam, cui in deſerto incubuit.

25 De S. Jacobo majore, & ſancto Martyre Chriſtophoro.

26 Os unicum corporis S. Annæ, & alterum S. Chriſtinæ virg.

29 Duo oſſa S. Marthæ: & reliquiarum S. Chriſtinæ, de qua paulo ante.

Augusto.

1 Oſſa aliquot, & ligaculum S. Petri.

3 Sicut 26. Decembris.

10 Oſſa nonnulla S. Levitæ Laurentii. G

15 Quemadmodum 8. Decembris.

17 Uti decimo die menſis hujus.

20 De S. Bernardo os notabile: & aliud minus incluſum reliquiario.

24 Reliquiæ quædam S. Bartholomæi Apoſt.

25 S. Eleutherii Epiſcop. Tornacenſ. os prægrande incluſum thecæ, ſive brachio argenteo. Item theca continens aliud os, & pulveres ejuſdem.

28 Coſta inſignis S. Hermetis mart.

29 Sicuti 24. Junii.

Septembri.

1 Sicuti 25. Auguſti.

2 De S. Ægidio Abbate,

8 Vide 8. Decembris.

14 Portio exigua de Cruce Domini.

17 Reliquiæ S. Lamberti martyris.

20 Plura oſſa S. Euſtachii, & ſociorum martyrum.

21 Magnum os Apoſtoli Matthæi, & alterum minus thecæ incluſum.

22 Ex corpore S. Mauritii martyris. H

27 SS. Coſmæ, & Damiani oſſa.

30 Os majus, & nonnulla minora S. Hieronymi Presb.

Octobri.

1 Reliquiæ S. Piati Apoſtoli Tornacenſium, & martyris. Item S. Bavonis confeſſ. nempè duo oſſa minora eorumdem. Et in Cochlea quadam arte fabricata binæ particulæ cranii S. Piati: & totidem oſſa capitis S. Remigii Rhemenſis Archiepiſ.

4 Reliquiæ ſagi, ſive tunicæ, & cilicii ſancti Franciſci confeſſoris.

8 SS. Dionyſii, & ſociorum mart. reliquiæ, ac ſancti Martini Epiſcopi.

18 Tria oſſa, quorum unum majus S. Lucæ Evangeliſtæ.

21 Oſſa varia XI. millium Virg. Item os magnum de iiſdem virginibus peculiari thecæ recluſum.

Novembri.

1 Tria Reliquiaria, quæ veras habent Reliquias: quāvis exciderint nomina, quorū illa perdita ſunt propter excidium hujus civitatis,

civitatis, & direptionem Eccleſiarum anno M. DLXVI. ab Ico- A noclaſtis factam.

8. Præter ea, quæ exhibentur ipſis calendis: alterum Reliquiarium continens oſſa quatuor Coronatorum mart.

9. Reliq. S. Theodori mart. nempe os illius prægrande.

11. Duo dentes S. Martini confeſſ. Item aliæ illius Reliq.

12. Duo oſſa, unum tamen majus, S. Livini Epiſc. & mart.

23. Medium os S. Clementis Papæ, & Mart.

25. Ex oleo S. Catharinæ.

30. De Cruce, & oſſe S. Andreæ Apoſtoli.

Decembri.

4. De S. Barbara virg. & mart.

5. Reliquiæ Lazari Epiſc. & martyris incluſæ ovo ſtruthionis.

6. Ex oleo S. Nicolai, & tria illius oſſa, quorum unum eſt juncturæ pollicis.

8. Reliquiarum ad formam Turris continens de ſepulchro S. Mariæ. Item ex aſſere cameræ Lauretanæ, in qua conceptus eſt Chriſtus.

Ex veſtimentis, & cingulo B. Mariæ: atque ex illius lacte.

B Ex lapide, cui eā ferūt inſediſſe, dum ab Angelo ſalutaretur.

Ex palma, quam S. Joan. detulit, dum B. Virgo ſepeliretur.

16. Reliquię S. Euerhardi Confeſſoris.

17. De S. Lazaro Epiſcopo, & Mart.

21. Os ſatis notabile S. Thomę Apoſtoli.

23. Ipſo die Nativitatis, dum celebratur ſecunda Miſſa in Aurora, defertur ad altare os exiguum S. Anaſtaſię mart.

Item de veſte Chriſti Domini.

De illius præſepio.

De Manna, quę pluit filiis Iſrael in deſerto.

De Menſa Domini, in qua cum diſcipulis cœnavit.

De columna, in qua fuit flagellatus. Item de virgis, quibus percuſſus.

Reliquię quinque panum hordeaceorum.

De Sindone, quo pręcinctus fuit lavās pedes diſcipulorum.

De petra ſciſſa tempore Paſſionis.

De ſudario capitis, quod Chriſtus in ſepulchro habuit.

Ex lapide in quem ipſis ſanguis cecidit.

C Ex ipſius ſepulchro.

De altari, in quo fuit in templo pręſentatus.

26. *Vide oſtenſionem quæ fit 2. Januarii.*

27. De veſtimento s. Joannis Evangeliſtę.

28. *Require 3. diem Januarii.*

31. Reliquię s. Sylveſtri Pontif. & Confeſſoris.

Et hęc quidem quoad ſacrarium ſanctarum Reliquiarum in Eccleſia Cathedrali.

Reliquiæ ſacræ incluſæ feretro, quod defertur quotannis in Proceſſione primaria Civitatis, quæ inſtituitur in Feſto Exaltationis S. Crucis.

Narrat idem Joannes cognatus, quo pacto an. M. CCLXXX. graſſante per civitatem lue contagioſa, cives non ignari per interceſſionem, & meritum Deiparę exaudiri apud Deum, & juvari poſſent, cogitaverint de erigenda confraternitate in principe Eccleſia, ad honorem ejuſdem virginis, & Exaltationis S. Crucis: & requiſiverint à Capitulo feretrum, inſignium reliquiarum pignoribus ſacris refertum, hac lege, quod illud quotannis magnificè, & ſumptuosè circumveſti- D rent pro feſto Exaltationis S. Crucis, ſuiſque humeris deferrent in proceſſione, quę tunc inſtituitur. Igitur votorum compotes effecti, promiſſis fidem fecerunt, & feretrum illud affabrè ornari, & argenteis ſtatuis muniri curarunt. Manſitque in Eccleſia Cathedrali uſque ad an. M. D. LXVI. quo furor hęreticorum in imagines, & res ſacras debacchatus fuit. Porrò Reliquiæ huic feretro incluſę ingenti numero ſunt, & plerę que celebriores. Nam pręter multa, quę contactu Salvatoris in paſſione ſua ſacrata fuerunt: pleraque etiam virginem Deiparam concernentia: varia denique fragmenta SS. Martyrum, & Virginum: Eſt ibidem de corona ſpinea ejuſdem Salvatoris; ſpongia, quę ori ipſius appoſita Cruce vivifica, ſepulchro, ſudario, menſa cœnę.

De veſte Deipare, ejuſque ſepulchro.

De virga Aaron, quæ floruit.

Reliquiæ variæ Apoſtolorum.

Lapis, quo impetitus fuit S. Stephanus.

Oſſium fragmenta SS. Laurentii, Calixti, Quintini, Criſpini, Adriani, Juliani, Gregorii, Ligerii, Sebaſtiani, Symphoriani, Mauricii, Martini, Remigii, Albini, Eligii, Ambroſii, Nicolai, Medardi, Bavonis, Brixii, Haugerici, Achatii, Amandi, Macharii, Ægidii, Hieronymi, Mariæ Magdalenæ, Margeretæ, Agathæ, Chriſtinæ, & aliorum. Hæc *Cognatus lib. 4. c. 16. hiſtor. Tornacenſis*. Priora verò recenſentur *lib. 1. cap. 36.* E

RELIQUIÆ SACRÆ OPPIDI DUACENSIS.

Duacum elegans eſt, & munita civitas, in confinibus Arteſiæ, Hannoniæ, & Flandriæ, huic tamen Provinciæ annumeretur, quamvis idiomate utatur Gallico, uti & vicina oppida, eoque rudiore, & impolito. Inſtituta hic fuit celebris Academia an. M. D. LXIII. ad inſtantiam Philippi II. Regis Catholici, qui etiam munificentia ſua regia, dotem in Profeſſores Scholas, & exercitia Academica conſignavit, ejuſque liberalitatem imitati Abbates quidam viciniores, aliique viri præſtantes, eandem illuſtrioribus Gymnaſii, Collegiis, & fundationibus ad litterarum, cùm ſacratiorum, tum politiorum, & Philoſophię ſtudia promovenda opportunis cumularunt. Sunt autem hic duæ præ aliis pluribus, Baſilicę illuſtriores, B. Amati, & Principis Apoſtolorum. Utraque Præpoſituræ dignitate, & nobili Canonicorum Collegio inſignis: ſed & ſacrarum Reliquiarum prædivite theſauro adornantur. Inter quas, præter multas alias ſanè præclaras, primum locum F tenent quatuor corpora Sanctorum, videlicet.

S. Amati Senonenſis Archiepiſcopi XXII.

S. Oneſimi Sueſſionenſis Epiſcopi, qui in ſuis membris longum pertulit ſine ferro martyrium.

S. Gurdineli Confeſſoris.

Corpus denique s. Mauronti Abbatis, & Levitæ ss. Adalbaldi, & Rictrudis primogeniti filii, qui Chriſti amore ſponſa nobiliſſima relicta, habitum Clericalem ſuſcepit: inde Abbas factus eſt poſt s. Amatum.

His adiungimus aliarum præcipuarum Reliquiarum Elenchum, quem nobis ex fide tranſmiſit, adjunctis variis Reſcriptis, quæ ex Archiviis earumdem Eccleſiarum excepit, & manu Notarii publici authentica fieri juſſit Reverendus, & Eximius M. N. Georgius Colvenerius, s. Theologiæ Profeſſor, & ad D. Petrum depoſitus, quem proinde eadem fide, & ſinceritate hoc loco adducimus.

Extractum è certo l. argenteo, qui aſſervatur in Theſauraria Eccleſiæ S. Amati *oppidi Duacenſis, Atrebat. Diœceſis,* G *deſcriptum in membrana vetuſta fol. 14. verſo, & collatum cum præfato l. per D. H. Dobye ejuſd. Eccleſ. Secretarium 30. die Januarii an. 1625.*

Anno gratiæ 1208. Nonis Aprilis optimo vaſe argenteo, & deaurato, inchoato à Mathilde Regina, uxore quondam illuſtriſs. Philippi Flandriæ, & Tiromandiæ Comitis, & ab aliorum multorum donis profecto, recondita ſunt hæc in nocte Paſchæ, coram omni populo intra Eccleſiam B. Amati.

Caput S. Amati, & multa membrorum ipſius fragmenta, & de veſtimentis quibus involutum fuit corpus ipſius.

De lapide, ſuper quem Chriſtus poſitus fuit, quando natus eſt de Virgine.

De pannis quibus involutus fuit Dominus.

De Cunabulis Domini.

De lapide, ſuper quem Dominus jejunavit.

De linteo quo præcinctus fuit in cœna.

De columna, ad quam ligatus fuit.

De lapide ſuper quem fluxit ſanguis ejus.

De ligno Domini.

De ſpongia, qua potatus fuit in cruce. H

De ſepulchro Domini.

De peplo, & veſte B. Mariæ Virginis.

De oſſibus s. Joannis Baptiſtæ.

De s. Paulo Apoſtolo.

De carne Apoſtolorum Philippi, & Jacobi.

De oſſe s. Philippi.

De s. Jacobo fratre Domini.

De s. Matthæo Apoſtolo.

De Innocentibus.

De s. Stephano Protomartyre.

De s. Laurentio, & de panno intincto ſanguine ipſius.

De s. Vincentio. Dens s. Sixti.

De s. Leodegario, & s. Dionyſio.

De ss. Fuſciano, Victorico, & Gentiano.

De ss. Petro, & Marcellino.

De ss. Pancratio, Sebaſtiano, & Georgio.

De ss. Pantaleone, Clemente, & Hermite.

De ss. Romano, Piato, Adriano, & Blaſio.

De SS. Quintino, Stephano Papa, & martyre, S. Grego-
A rio Papa, & Bonifacio.

De SS. Remigio, Martino, Vedaſto.

De S. Joanne Chryſoſtomo.

De tribus Magis.

De SS. Brandano, Medardo, Leonardo, Ægidio, Aichadro, & Hugone.

De ſepulchro S. Lazari.

Dens S. Riſtrudis.

Dens S. Julianæ.

De SS. Anaſtaſia, Potentiana, Aldegunde.

De peplo B. Mariæ Ægyptiacæ.

De S. Marguareta, & S. Catharina.

Hæc ſunt nomina Reliquiarum, quas Arnulphus Comes Flandriæ à templo S. Amandi Duacum attulit, & ibidem in Eccleſia S. Amati locavit. De præſape Domini. De Sudario Domini. De veſtimento S. Mariæ.

De tribus Apoſtolis Petro, Paulo, Andrea. D. S. Marco Evangeliſta. De Innocentibus.

De Martyribus Stephano, Chriſtophoro, Dionyſio, Sixto, Mauritio, Clemente, Lino, Deſiderio, Fabia-
B no, Sebaſtiano, Quintino, Laurentio, Leodegario, Bonifacio, Criſpino, Criſpiniano, Luciano, Hyppolito, Albano, Simphoriano, Menna, Victorico, Marcello, Gordiano.

De Confeſſoribus. De oſſibus S. Martini. De barba ejuſdem quinque pili. De S. Leone, Vedaſto: Supplicio, Furſco, Oſualdo, Pelpodo, Huberto, Killiano, Severino, S. Joanne.

De Virginibus. De capillo S. Marię, de S. Cæcilia. Tecla, Chriſtiana, Digna, Mergareta.

Cum his etiam attulit prædictus Comes de Ligno S. Crucis.

De Cilicio S. Joan. Bapt. Oſſa de S. Remigio Remenſi Archiepiſc. de S. Medardo, & Brachium unjus Innocentis.

Præter dictas Sanctorum Reliquias, adhuc aliæ ſunt.

De Innocentibus.

Dens s. Laurent, & de ſanguiue ipſius, de craticula ejuſdem.

Dens s. Leodegarii.

Dens s. Blaſii.

Dens s. Honorati.

De ss. Sixto, Leodegario, Gervaſio & Prothaſio, Albino.
C & ss. Nemeſio & Symphoroſa matre ejus.

De s. Benedicto.

De Virginibus Coloniæ.

De oleo s. Nicolai.

De oleo s. Demetrii.

De oleo s. Mariæ Sarcenæ.

Brachium cum manu carnea s. Stephani Patriarchæ Conſtantinopolitani.

Digitus s. Damiani.

Sequuntur Reliquiæ, quas Robertus de Gondelcont attulit de Conſtantinopoli.

De pannis infantiæ Domini, de ſepulchro, & Arundine.

De brachio s. Jacobi Apoſtoli.

De S. Bartholomæo Apoſtolo.

De Brachio s. Blaſii mart.

De brachio s. Gregorii Papæ.

De s. Stephano Papa & mart.

De s. Joan. Chryſoſt. Coſma, & Damiano, Clemente, & Pantaleone.

D De s. Anaſtaſia virgine.

De oleo s. Catharinæ.

Unam coſtam de Innocentibus.

De s. Simeone.

Anno gratiæ 1220. *v. Kal. Aprilis, in Vigilia Paſchæ tempore Honorii Papæ, Vvilhermi Remorum Archiepiſcopi, Radulphi Atrebatenſis Epiſcopi; regnante Rege Philippo, Fernando Comite Flandrenſi, repoſitæ ſunt hæ Reliquiæ in novo feretro à Roberto tunc Præpoſito, & Capitulo B. Amati, præſentibus multis Clericis, & laicis.*

De veſtimentis B. Mariæ virg. & de ſephulcro ejuſdem.

De pannis infantiæ Domini.

De menſa cœnæ.

De ſepulchro Domini.

De lapide, quem Dominus tenuit.

De arbore, quem Dominus plantavit.

De s. Andrea.

De Diſcipulis Domini.

De brachio s. Jacobi Apoſtoli.

De Bartholmæo Apoſtolo.

D. s. Philippo Apoſtolo. E

De pulvere B. Joannis Baptiſtæ.

De Innocentibus.

De s. Stephano Papa, & martyre.

De ss. Blaſio, Sebaſtiano, Adriano, & Dionyſio.

De ss. Petro, Marcellino, Pantaleone, Chriſtophoro, Hermete, Pancratio, Clemente, Acaſſio.

D ss. Fuſciano, Victorico, & Gentiano.

De panno intincto ſanguine s. Laurentii.

De ſocietate s. Geronis, Victorii, Mauritii, Caſſii, & ſociorum.

De ss. Romano, Georgio, Coſma, & Damiano.

De oſſibus s. Marcellini.

De ss. Sixto, Focha, Nemeſio, & Symphoroſa matre ejus.

De oleo s. Demetrii.

De ss. Amato, Bonifacio, Martino, Medardo, Audomaro.

De ss. Joan. Chryſoſt. Bertino, Remigio, Kiliano.

De veſtibus ss. Martini, & Vedaſti, & de s. Vedaſto.

De ss. Greg. Joſeph. ab Arimathia, Brandano, Simeone

De ss. Vedaſto & Benedicto. F

De ſepulchro s. Lazari.

De oleo s. Nicolai.

De ss. Margareta, Cæcilia, Agatha, Anaſtaſia.

De s. Nathalta, Aldegonde, & s. Pontentiana.

De Virginibus Coloniæ.

De oleo, & liquore s. Catharinæ.

De velo s. Radegundis Reginæ.

Anno gratiæ 1231. 17. Kal. Maii, allatum eſt per Robertum Præpoſitum caput cum brachio B. Adalbaldi, patris s. Maurontii, & brachium s. Gertrudis proavæ s. Mauronti, à Monaſterio s. Amandi, ab Abbate, & monachis ejuſdem loci ſuſcepta, & in Eccleſia B. Amati Duacenſis ſunt repoſita.

Anno Domini 1251. ut Nonas Martii repoſitæ ſunt hæ Reliquiæ in ſtricta, & oblonga Caſſa cuprea deaurata per manum Roberti Præpoſiti s. Amati Duacenſis.

Brachium s. Stephani Patriarchæ Conſtantinopolitani.

Brachium s. Adalbaldi mart. patris s. Mauronti Abbatis.

De cruce Domini. G

De veſtimentis B. Mariæ Virginis.

De ſepulchro Domini.

De s. Joanne Baptiſta.

De ss. Jacobo, Bartholomæo, & Barnaba Apoſtolis.

De Innocentibus de ss. Sebaſtiano, Adriano, Blaſio, Hermete martyribus.

De Legione Thebæa, & de multis martyribus inventis ſub altari B. Mariæ ad Martyres apud Romam.

De S. Sylveſtro confeſſore.

De ss. Martino, Audomero, Bertino, Firmino, Brandano.

De s. Joan. Chryſoſt. Killiano, Jvone, Alexio, Joſepho.

De Virginibus Coloniæ.

De ſepulchro B. Mariæ Virginis.

De cruce S. Andreæ.

De ſepulchro S. Jacobi Apoſtoli.

De inſula S. Amati.

De ſepulchro S. Lazari.

De oleo S. Nicolai. H

De ſepulchro S. Annæ.

De petra montis Calvariæ.

Brachium S. Gertrudis proaviæ s. Mauronti.

Aſſervatur etiam in eadem Eccleſia S. Amati Pes s. Annę matris B. Marię Virg. de quo pars calcanei translata fuit ſereniſſimo Principi Alberto per R. D. Balthaſarum Seul ejuſdem Eccleſię Decanum, & D. Antonium Dobye ejuſdem Eccleſię Notarium, illo an. 1600. quo Bruxellis Jubilæum celebratum fuit.

Aſſervantur etiam in eadem Eccleſia ſequẽtes Reliquię.

Corpus S. Amati Archiepiſcopi & confeſſoris in Mauſoleo marmoreo.

Maxima pars corporis S. Oneſimi Epiſcopi & Confeſſoris.

Corpus S. Gurdinelli.

Corpus s. Mauconti Abbatis.

De s. Clemente aſſervatur pars capitis.

Item pars capitis s. Monicę.

Una ex mandibulis s. Blaſii.

Croca Aurea s. Amati.

Caſula s. Amati.

IN

IN ECCLESIA COLLEGIATA S. PETRI
A EIUSDEM OPPIDI DUACENSIS.

Anno Chriſti 1707. dies 23. Februarii aperta eſt theca ærea deaurata, quę vulgo dicitur theca undecim millium Virginum, per venerabiles viros D. Arnoldum à fide Decanum, & D. Georgium Colnerium Scholaſticum, & D. Franciſcum Dubout Canonicum ejuſdem Eccleſiæ, præſente Notario Capituli D. Thoma Milion Capellano ejuſdem Eccleſiæ, in qua inventæ ſunt Reliquiæ infraſcriptæ, donatæ eidem Eccleſiæ per illuſtrem, & nobilem Dominam Margaretam, Flandriæ, & Hannoniæ Comitiſſam, ut patet ex membranis, in theca repertis, quarum una continet hæc verba. *Anno Incarnationis Dominicæ* 1261. *Menſe Auguſto, in die Aſſumptionis B. Mariæ Virg. fuerunt poſitæ in præſenti ſcrinio Reliquiæ undecim millium Virginum, quas iſti Eccleſiæ dedit, & conceſſit illuſtris, & nobilis Domina Margareta, Flandriæ, & Hannoniæ Comitiſſa.*

In altera membrana teniore charactere ſic habetur: *Ad honorem Domini noſtri* JESU *Chriſti, & ſacrarum Reliquiarum*
B *undecim millium Virginum, quas quondam dedit, & conceſſit iſti Eccleſiæ S. Petri illuſtris, & nobilis Domina Margareta, Flandriæ, & Hannoniæ Comitiſſa. Anno Incarnationis Dominicæ* 1261. *ad inſtantiam venerabilis viri Domini Vvallarici de Mergniæ dictæ Eccleſiæ Præpoſiti reſidentis, hoc pręſens ſcrinium, ſeu feretrum, quod ex toto erat in ruinam, anno ejuſdem Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo, omnino reparatum fuit. Et in ipſo unà cum SS. prædictis Reliquiis poſitæ fuerunt Sacræ reliquiæ SS. Nerei, Achillei, & Pancratii Martyrum, ac ſanctorum Foilliani, Ambroſii Epiſcoporum, & Confeſſorum. Nec non de ſepulchro Beatæ Catharinæ Martyris, & Virginis. Actum in die Beati Lucæ Evangeliſtæ, die vero* 18. *menſis Octobris, an.* 30. *prædicto.* Hæc ibid. Quas Reliquias prædicti Domini viſitarunt. Anno 1607. dies 23. Feb. & denuò in eadem theca recluſerunt.

Sequuntur aliæ Reliquiæ Antiquitus in eadem Eccleſia repoſitæ.

De Lacte S. Mariæ Virginis conſervatur in majori imagi-
C ne argentea ejuſdem Sanctæ Virginis, quæ in proceſſionibds circumfertur.

De capillis SS. Petri, & Pauli.

De oleo Beati Nicolai.

De Beato Laurentio.

De Manna, quod Dominus pluit filiis Iſrael.

Hæ omnes conſervantur in majori imagine argentea deaurata S. Petri.

De S. Paulo Apoſt. conſervatur in imagine majori argentea ejuſdem S. Pauli Apoſtoli.

Item Reliquiæ S. Pauli in minori imagine argentea.

Reliquiæ Lini Papæ, & Martyris, in imagine S. Salvatoris.

In alia vero theca inaurata conſervatur.

De lacte B. Mariæ Virginis.

De S. Bartholomæo.

De columna flagellationis.

De monte Calvariæ.

De ſepulchro B. Mariæ.

De ſancto Sepulchro.

De S. Andrea.

D De columna Chriſti.

De ſancto Lupo.

Clementis Papæ, & martyris.

Item in alia theca faſtigii in modum celata: eſt.

De ſepulchro B. Mariæ.

De S. Clemente Papa & martyre.

De S. Gregorio.

Pars virgæ Moyſis, in parva cuſtodia argentea turrita.

De ſepulchro Domini, in pede ligneo crucis majoris, quæ altari ſupponitur.

Pars magna Crucis Chriſti incluſa in cruce argentea, infixa in pede argenteo.

Pars Brachii S. Eligii, incluſa Brachio argenteo Liliis exornato.

Brachium B. Margaretæ, ſimiliter brachio æneo deaurato incluſum.

Coſta integra S. Euſebiæ Virginis, cum junctura majori manus ſanctæ Rictrudis matris ejuſdem, in theca argentea, vitrum habente tranſverſim poſitum per crucis formam.

RELIQUIÆ DATÆ ECCLESIÆ S. PETRI
PER NUNTIUM APOSTOLICUM E
JOANNEM FRANCISCUM
BONHOMIUM.

Caput unius SS. Martyrum ex legione Thebæorum, qui apud Treveros martyrium paſſi ſunt, Duce Mauritio, quod caput ſervatur in theca argentea, quæ repreſentat caput viri ab humeris ſurſum.

Caput unius virginis ex ſocietate undecim millium Virginum, quod ſervatur in theca argentea repræſentante caput Virginis ab humeris ſursùm.

Sequentes conſervantur in theca magna argentea habente extrinſecus imaginem Salvatoris, beatæ Mariæ, & ſex Apoſtolorum.

Particula de capite S. Sebaſtiani mart.

De oſſibus S. Vvillebrordi, monaſterii Andernacenſis, Trevirenſis diœceſis primi Abbatis, & Apoſtoli Hollandię, & Brabantiæ.

De S. Mauro martyre diſcipulo S. Petri.

De capite S. Timothei unius ex. 72. diſcipulis. F

De capite S. Nuncii Hiberni, Presbyteri.

De capite S. Eloquii.

De oſſibus S. Hiltrudis.

De oſſibus S Ettonis.

De oſſe tibiæ, vel brachii unius ex legione Thebæorum ſocii S. Mauricii.

Quæ omnes Reliquiæ donatæ ſunt prædictæ Eccleſiæ S. Petri, per Reverendiſſimum, & Illuſtriſſimum Dominum Joannem Franciſcum Bonhomium, in Partibus Belgii Nuntium Apoſtolicum, & in Eccleſiam hanc illatæ ipſo die S. Joannis Evangeliſtæ, 27. Decemb. 1586. ut patet ex litteris originalibus in eadem theca incluſis.

In eadem magna theca repoſitæ in burſa corporali conſervantur reliquiæ cum litteris originalibus, nobis dono datæ, & approbatę per Octavium Epiſcopum Triccarienſem. Nuntium Apoſtolicum, allatæ in eandem Eccleſiam anno 1606. 22. Feb. ipſo die Cathedræ S. Petri.

Sunt autem partes duodecim.

De Brachio S. Petri Apoſtoli. G

De S. Andræa Apoſtolo.

De S. Bartholomæo Apoſt.

De S. Stephano Protomartyre.

De S. Laurentio mart.

De S. Vincentio mart.

De S. Blaſio Epiſcopo, & mart.

De S. Magdalena.

De S. Cæcilia.

De S. Agatha.

De S. Agnete.

Reliquiæ ex cineribus combuſti corporis S. Joannis Baptiſtæ.

Quæ omnes ſacratiſſimæ reliquiæ conſervantur in theſaurario ejuſdem Eccleſiæ in loco capitulari.

Sequentes vero antiquæ Reliquiæ conſervantur in navi ejuſdem Eccleſiæ ad latus altaris S. Petri, ubi etiam conſervantur Reliquiæ S. Blaſii. Pars brachii S. Laurentii, quæ incluſa eſt argentea brachio. H

Coſta S. Blaſii incluſa in theca argentea, quæ repræſentat figuram coſtæ.

Sequentes vero ibi conſervantur in capſa lignea quadrata, vitro cooperta, & pleraque ſunt magna oſſa.

De ſanguine S. Thomæ Cantuarienſis.

De capite s. Gaugerici, pars valdè magna.

De oſſibus undecim millium Virginum.

De veſtimentis earumdem.

De pann, o quo exterſæ fuerunt plagæ Chriſti.

De S. Andræa Apoſtolo.

Brachium S. Julianæ virg. & mart.

De S. Laurentio.

De capite S. Haymondi Confeſſoris.

De S. Thecla.

De S. Donato.

De porta, per quam Dominus intravit Hieruſalem.

Reliquiæ S. Sarri Confeſſoris.

De cucullа S. Bertini Abbatis.

De petra, ſupra quam ſedit Virgo Maria.

Omnes

Omnes hę Reliquię, & pręcedentes, quę in theſaurario A conſervantur, viſitatę ſunt, & in locis, in quibus inventę ſunt, repoſitę per venerabiles viros, & Dominos ſupradictos, Arnoldum à fine Decanum, Georgium Colvenerium Scholaſticum, & Franciſcum Dubout, cononicum ejuſdem Eccleſię, pręſente Notario juſdem Capituli Thomas Millon. Anno 1607. menſe Febr. ſtylo Romano.

RELIQUIÆ SACRÆ ABBATIÆ LÆTIENSIS,

In Finibus Hannoniæ versùs Auſtrum.

Lętia celebris eſt Abbatia Ordinis S. Benedicti in finibus Hannonię, Francię contermina, cujus meminit S. Bernardus in Epiſtola 326. ſub nomine Leſcię. Commendatur vel maximè à rigore, & incorrupta obſervatione Monaſticę diſciplinę; & exercitiis cum Religionis tum eruditionis, quibus incumbunt ibid. Religioſi, fulti exemplo Ludovici Bloſii viri celeberrimi, qui hic ſumma pietate pręfuit: & hoc tempore ſollicitudine Abbatis rarę eruditionis, & humilitatis, providè ſuper familiam hanc à Domino conſtituti, ut det illi fructū in tempore, foventur. Decoratur autē Eccleſia Lętienſis celeberrimis Reliquiis, quas ad eā tulit Thomas ejuſdem cęnobii monachus ab urbe Conſtantinopolitana, anno circiter B millesimo ducenteſimo octavo, poſtquam eaſdam rogatu Henrici Imperatoris Roman. accepiſſet à Theodoro totius Orientis Patriarcha, & Archiepiſcopo Hieroſymitano.

Extant hujus rei bina diplomata, unum Theodori Patriarchæ, alterum Henrici Imperatoris, quorum tenorem ex *lib. Nolano in Natalibus SS. Belgii* hic adſcripſimus.

Diploma Theodori Patriarchæ Orientis, &c.

Theodorus *Dei miſericordia ſanctæ civitatis Jeruſalem Archiepiſcopus, Eccleſiæ Antiochenæ, & totius Orientis Patriarcha, univerſis Chriſtifidelibus, in quorum manus hoc ſcriptum perveniet, ſalutem in Domino. Vobis notum facimus, quòd nos, aliique quamplurimi dilectu nobis in Chriſto Thomæ, Lætienſis Eccleſiæ monacho (qui Conſtantinopolim, ubi nunc degimus, advenit) diverſas Sanctorum, Sanctarùmque Dei reliquias, pietatis intuitu, rogatuque domini Henrici Imperatoris illuſtriſſimi, contulimus. Qui etiam Imperator, eidem* C *Thomæ pulcherrimum ſanctuarium pretioſiſſimo ſanguine Jeſu Chriſti, in vaſculo cryſtallino, & eximias portiones ſacroſanctæ Crucis ejuſdem Salvatoris noſtri, cum maximis & penè infinitis aliis dedit. Vt autem tantus reliquiarum theſaurus dignè in Eccleſia Lætienſi ſemper honoretur, ſingulis, qui ad eam Eccleſiam prædictas reliquias viſitaturi pio deſiderio advenerint, ibique de peccatis ſuis verè doluerint, nox ex parte beatorum Petri, & Pauli, & authoritate, qua fungimur, à ſummo Pontifice nobis conceſſa, de pœnitentii, procriminalibus ipſis injunctis, ſexaginta dies relaxamus. In cujus teſtimonium ſigillum noſtrum plumbeum huic ſcripto appendendum eſſe duximus. Datum Conſtantinopoli, anno Domini milſimo ducenteſimo octavo, Archiepiſcopatus noſtri anno tertio.* Hactenus Theodorus.

Diploma Henrici Imperatoris.

Henricus *Dei gratia, Imperator, & moderator Romanorum univerſis, qui hoc ſcripturæ monumentum inſpecturi ſunt, ſalutem. Cùm vita hominum ſit brevis, memoriaque labilis, & infirma, rationi conſentaneum videtur, ut ea, quæ ob pietatem rectè fiunt, ſcripto mandentur, quatenus poſteritas ſemper habeat, unde factorum cognitionem accipere poſſit. His ratio-* D *nibus adducti, vobis ſignificare volumus, quòd nos conſiderantes devotionem venerabilis Thomæ Eccleſiæ Lætienſis monachi, qui frater Germanus eſt, & Gerardi VValcurienſis, primi inter pretores noſtros, ſpectantes etiam nihilominus antiquam dignitatem prædictæ Eccleſiæ Lætienſis, à parentibus, prædeceſſoribuſqus noſtris jam olim fundatæ: eorundem Thomæ, & Gerardi nobis chariſſimorum precibus premoti, ipſi Thomæ pulcherrimas, ac propemodum infinitas reliquias Salvatoris, Mariæ, Apoſtolorum, Evangeliſtarum, Prophetarum, Martyrum, Confeſſorum, ac fœminarum ſanctarum pia beneficia contulimus. Qui ſanctarum reliquiarum theſaurus, ut in Eccleſia Lætienſi digna veneratione perpetuò honoretur, & ut hæc abſque hæſitatione aliqua ab omnibus ſuſcipiantur: rei veritatem confirmare volumus, ſigillo noſtro aureo ad præſens ſcriptum appenſo. Datum Conſtantinopoli in palatio noſtro, anno Domini milleſimo ducenteſimo octavo. Imperii noſtri anno ſecundo.*

Inter præcipuas SS. Reliquias, quas omnes penè aureis, & argenteis hierothecis concluſas habet, præcipuam numerat.

Corpus S. Hiltrudis virginis.

Corpus S. Ettonis Hibernienſis Epiſcopi.

Reliquias item Salvatoris, B. Virginis, SS. Prophetarum, E Apoſtolorum, Martyrum, Pontificum, & Confeſſorum, item Virginum, fuſius explicat, & enumerat *Arnoldus Rayſius in theſauro ſuo ſacrar. Reliquiarum Belgii* nuper anno 1628. Duaci edito: ad quem Lectorem brevitatis cauſa remittimus,

RELIQUIÆ SACRÆ CIVITATIS Ultrajectenſis.

Nunc tamen ab Iconomachis diſſipatæ.

Trajectum inferius, quod vulgò Vltrajectum, quòd hic veteris Rheni trajectus fuerit, urbs eſt antiquiſſima, ædificata juxta quoſdam ab Antonino Senatore Romano, qui Neronis fugiens tyrannidem hic reſedit, vel ab Antonino Pio Auguſto, à quo etiam Antoniam olim appellatam volunt, Ædem principalem habet magnifica ſtructura, & turre ſtupenda, D. Martino ſacram, quam S. Vvillibrordus iſtius Territorii Apoſtolus, ſupra annos mille fundaſſe nonnulli exiſtimant. Archiepiſcopatus honore pręfulget, ſed hodie proh dolor! cacangelici recentiores hanc cathedram ſanctitatis, & religionis inſigni reformatione in cathedram peſtilentiæ, & impietatis F commutarunt, Templis omnibus direptis, ſanctiſque Domini contritis. Habuit olim non ignobilia Divorum pignora, atque inter aliam magnam portionem corporis B. Agnetis virg. & martyris, quam Baldricus XV. Epiſcopus, Rixfridi Cliviæ Comitis Fil. qui civitatem à Normannis vaſtatam reſtauravit, ab Othone R. impetravit an. D. CCCCLXVI. ut annotavit *Bechanus in chronic. anni* 33. unà cum corporibus SS. Pontiani, & Benigni. Fuerat enim Othonis I. Regis Conſiliarius, & filii ejuſdem pædagogus. Docet hæc Epitaphium præfati Pręſulis, quod olim è regione Reliquiarum B. Agnetis viſebatur hac formula.

Trajectina feris urbs Danis verſa latebat,
Baldericus priſcum reddidit iſte decus.
Auſpicio cujus jam Pontius, Agna, Benignus.
Conſervant urbem, fulget & Eccleſia.

Ex Bibliothecis Eccl. Vltraiect. Molanus in Ind. SS. Belgii 28. Junii, & 21. Januarii.

Reperit idem Baldricus divina revelatione corpora S. L. Sebuini, & Vverenfredi Presbyterorum, Phechelmi, & Viro- G nis Epiſcoporum, Orgeri Levitæ, Odulphi Canonici Ultrajectenſis, & Radbodi Archiepiſcopi, quibus ſuam adornavit Eccleſiam.

Poſſedit etiam corpus B. Urbani Papæ & mart. quod dictus Baldericus an. Dom. IOCCCCCLVI. ex Italia retulit. Ita *Vvilhelm. Heda in hiſt. Epiſcoporum Vltrajectenſium.*

Plures adhuc Reliquias ſub Frederico marchione Badenſi Trajectenſi Epiſcopo inventas recenſet *idem Vvilhelm. Heda in Hiſt. ſua.*

* IN GALLIA.

RELIQUIÆ SACRÆ CIVITATIS Pariſienſis.

Lutetia Pariſiorum regni Franciæ caput eſt Metropolis, ac univerſis Europæ civitatibus, amplitudine, & nobilium, mercatorum, & incolarum frequentia præfertur, ut in qua & Emporium, & Academia, & Regium Palatium, ac totius Regni, quod eſt florentiſſimū, curia exiſtit, deſcripſit eam nuper poſt omnes alios accuratius *Franciſcus Belleforeſtius.* Habuit hæc Germanum Apoſt. & Epiſc. tempore Childeberti Regis H ſanctiſſimi, qui juxta muros civitatis ſuæ extruxit baſilicam ad honorem Dei, ſanctique Vincentii mart. & aliorum, quorum ſacræ Reliquiæ ibid. fuerunt conſervatæ, ut conſtat ex inſtrumento certæ donationis ab eodem præfatæ Eccleſiæ factæ, *à Baronio Tom. 7. Annal. ad annum* 561. memorato.

Porrò Reliquiæ hic à Childeberto collocatæ, annuente, & pleraſque conferente B. Germano Epiſc. fuerunt imprimis inſignis portio corp. S. Vincentii, quam ex Hiſpania Rex aſportaverat, & in cujus honorem tota deinde Gallia plures Baſilicas conſtruxit, ut teſtatur ſuo carmine *Fortunatus l. 1. cap.* 8. & 9.

Pars etiam S. Crucis. Item corporum S. Stephani, S. Ferreoli, S. Juliani, deinde Reliquiæ SS. Georgii, Protaſii, Nazarii, & Celſi pueri.

Addit *Baronius ſuprà num.* XIV. quomodo ad hanc Baſilicam ſpiritualibus muneribus locupletandā, ipſe S. Germanus ad loca ſancta inviſenda in Oriētem profectus, expetitas à Juſtiniano Imperatore reliquias detulerit, atque in eadē Baſilica collocaverit. De quibus ita *Aimoinus de geſtis Fran. lib. 3. c. 9.*

Beatiſſimus quoque Germanus Præſul Periſiacæ urbis, ad A ſancta loca Hieroſolymam pergens, indèque rediens, præfatum Principem (nempe Juſtinianum Imperatorem) adiit, à quo & honorificè eſt ſuſceptus. Cùmque eum plurimis vellet decorare muneribus, vir Deo plenus, auri & argenti ſpernes munera, ab eo reliquias tantummodo Sanctorum expetiit. Cujus devotioni præfatus congaudens Princeps, de Domini noſtri Jeſu Chriſti corona ſpinea, ſimulque reliquias Innocentium, unàque brachium S. Georgii martyris, pro magno munere contulit. Quæ vir Dei gratanter ſuſcipiens, ad propria rediit, & prædicta Sanctorum pignora, in Eccleſia S. Crucis, ſanctique Vincentii condidit. Hæc *Aimoinus.* Sanè Chriſtianæ fidei fervor, ait *Baron. Tom. 7. Annal. ad annum* 567. *n.* XXXIX. erga ſacrarum Reliquiarum cultum, adeò in Gallis exardebat, ut quamvis abundarent illæ Provinciæ ſacris pignoribus SS. Martyrum, & Confeſſorum, nihilominus pia fame inhiarent ad peregrina.

RELIQUIÆ SACRÆ, UNA CUM RELIGIOSA Supellectili Eccleſiæ, & Oppidi ſancti Dionyſii.

Eſt in Gallia oppidum S. Dionyſio ſacrum, cujus etiam appellatione gaudet, aliquot ſtadiis Lutetia Pariſiorum di- B ſtans, inauguratione Regum, quæ communiter hic, ac ſacrarum imprimis reliquiarum veneratione, Regiorum etiam monumentorum, & exuviarum cuſtodia prænobile, primitus, ut creditur, erectum à Dagoberto Clotharii II. filio, qui hic inſignem Baſilicam, & circum illam non contemnendum oppidum excitavit, multiſque privilegiis, & immunitatibus cumulavit, quod ipſum, & poſteri Francorum Reges imitati. Excedit omnem fidem monumentorum & reliquiarum ſplendor, quæ hic viſuntur. Ædificata eſt autem Eccleſia an. 633. Conſecrata verò duntaxat an. 1141. & à primo fundatore Dagoberto, poſtibus, & foribus æneis, quas Pictavienſibus eripuit, adornata.

Cæterùm in præfata Eccleſia reconditæ ſervantur ſequentes reliquiæ (ut nihil dicamus de ſepulchris duodecim Regum ibidem inſtructis) quarum potiſſima pars aureis, argenteis, & pretioſis thecis includitur.

Imprimis Reliquiæ SS. Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii, quorum feſtum Eccleſia celebrat ſub ritu officii duplicis.

Item corpora SS. Ludovici, Hippolyti, Euſtachii, Formini, C Oſmundi, Peregrini, Hilarii Epiſcopi Pictavienſis, Parochii, Eugenii. Quę equidem reliquiæ S. Eugenii, anno 1565. Philippo II. Regi Catholico valdè eas deſideranti, quod fidem Catholicam primus in Toletana ditione ſeminaſſet, maximi donarii inſtar obtigerunt, qui etiam gratitudinis ergo argenteam lampadem maximi ponderis ad præfatam Eccleſiam remiſit.

Viſitur hic quoque caput S. Dionyſii celato auro, gemmiſque adornato incluſum.

Brachium S. Simonis, quo puerum Jeſum excepit, ac Spiritu ſancto repletus, in pace dimitti poſtulavit.

Tria corpora undecim millium Virginum.

Corpus unius Innocentum, quos Herodes crudeliter pro Chriſto trucidavit.

Clavus, quo Redemptor noſter cruci affixus fuit, qui proinde nonniſi ſumma cum reverentia videri poteſt.

Portio veræ Crucis Chriſti, deauratæ thecæ incluſa

Crux aurea æſtimata 50. aureorum millibus, ſanctiſſimis reliquiis referta. Ac Plures ſimiles hic fuiſſe perhibentur, ſed aut quorundam Regum cupiditate, aut populi ſcelere ablatas.

D Item Sacellum Leproſum: in quo oſtenditur Lepra quam ipſemet Chriſtus de facie Leproſi traxiſſe traditur.

Columna ex gemma Jaſpide, referens ſtaturam Chriſti Domini.

Inſuper vas capaciſſimum è lapide Porphyrio, valoris 50. millium coronatorum, quod ferunt fuiſſe Baptiſterium S. Hilarii Pictavienſis, à Dagoberto olim huc translatum.

Laterna Malchi, ſervi Principis Sacerdotum, cujus Chriſtus auriculam ſanavit.

Et hæc quidem in ipſa Eccleſia. Porrò in illius Sacrario, aſſervatur caput, & brachium S. Benedicti, argento incluſum, gemmiſque ornatum.

Mandibula cum dentibus Ludovici Pii.

Humerus S. Joannis Præcurſoris Domini, ex donatione Dagoberti præfati.

Reliquiæ SS. Iſaiæ Prophetæ, Nicolai, Pantaleonis, Georgii, Apollinaris, Catharinæ, Odoræ.

Digitus S. Thomæ, quem incredulus protulit ad tangendum vulnera Domini.

Faſciæ, quibus virgo benedicta involvit puerum Jeſum unà cum capillis ejuſdem Virginis. E

Altera Crux ex auro ſolido, quam Ludovicus Pius Eccleſiæ donavit.

Tertia denique Crux aurea ex munificentia Philippi Auguſti Regis, vere crucis partem in ſe claudens.

Quarta iterùm Crux, quam de veræ crucis ligno Clemens III. propriis manibus efformavit.

Calix Salomonis ex auro, & gemmis, quo in Templo uſus fuit.

Una è ſex Hydriis poſitis in Cana Galileæ.

Integra tabula, celata ex puro auro, & ſacrarum reliquiarum immiſtione ſuffulta.

Imago Deiparæ Virginis ex puro auro. Uti & liber Evangeliorum maximi pretii

Corona Regia s. Ludovici, in qua cæteris gemmis eminet carbunculus 25. coronator. millibus æſtimatus.

Aquila aurea unionibus perlucida, quam Reges, dum inaugurantur, è collo ſuſpendunt.

Enſis Caroli magni, & illius Reliquiæ argenteæ thecæ incluſæ. F

Omitto unicornu, quod viginti quinque libras ponderis habet, ac in longitudine ſeptem cum dimidio pedes, ac plures habitus regios, quos in coronatione induunt. Quæ proinde omnia præſenti loco conſpicienda proponuntur. Ut fidem illius rei faciunt plures oculati teſtes, & vetera illius Eccleſiæ monumenta.

In hoc ipſo Galliarum regno in civitate Turonenſi magna veneratione habentur reliquiæ S. Martini illius Epiſcopi, quas alioquin Hugonottæ non ita pridem in Deum, ejuſque Sanctos furioſi pro parte combuſſerunt. Locus combuſtionis cancellis ferreis ſecluditur, & verſus quoſdam tantæ impietatis hiſtoriam continentes proponit, quorum initium:

Impia religio, furiis agitata malignis,
Oſſa viri ſancti hìc igne cremanda dedit, &c.

Haud procul à civitate Turonenſi eſt Abbatia Marmonſtierenſis à S. Martino fundata. In cujus Eccleſia ſervatur ſacra Ampulla, continens ex oleo, quod per Angelum ei- G dem Sancto traditur è cœlo delatum, quo Henricus IV. pridem in coronatione fuit inunctus cum altera, quæ Rhemis eſt, ac cœlo etiam allata fuit, & quæ adhiberi ſolet in coronationibus Regum, ut qui omnes oleo illius ſacro inunguntur: propter inteſtina bella tunc obtineri non poſſet.

Inſuper Ambiani, quæ Picardiæ eſt metropolis, admodum inſigni ſtructura, & Deiparæ Virginis ſacra Eccleſia viſitur, & in ea, præter alias reliquias, inſtar omnium, ſervatur caput integrum S. Joannis Baptiſtæ.

Cæterùm de ſtatuis, & ſepulchris, quæ in templo oppidi S. Dionyſii ſpectanda proponuntur, extat. *Elegia Joannis Secundi ex. l. 3. ejuſdem, Elegia* 17. edito Lugduni Batavorum an. 1619.

RELIQUIÆ SACRÆ VESONTINÆ.

Veſontium, vulgo Bizontinum: civitas eſt munita, & celebris Sequanorum in Gallia Celtica, nunc Burgundiæ comitatu circumſepta, Imperialis, & Metropolica, à Julio Cæſare obſervata olim ob bellicam fortitudinem: nunc quoque propter religionis zelum commendata, & SS. Reliquiarum theſaurum inæſtimabilem. Siquidem Sudarium, ſive Sindon, qua corpus Domini in ſepulchro fuit compoſitum, è Palæſti- H na huc translatum, ut ex publicis tabulis ſufficienter docetur: per quendam Eccleſiæ S. Stephani ibid. canonicum, ſub initium ſæculi duodecimi, de quo vide, quæ diximus ſupra *de Translat. SS. Reliquiarum.* ſoletque hic quotannis ſummo fidelium concurſu, & devotione, ipſo die S. Paſchę oſtendi, ejuſque veritas crebris miraculis ſtabilita, quorum pleraque etiam à nobis ſuo loco recenſentur.

Præter divinum hoc Sudarii ſacroſancti pignus, donavit eidem Eccleſiæ Theodoſius ſecundus Cingulum, ſeu baltheum Chriſti. Hebræi enim cum laxiores geſtarent veſtes, eas cingulo conſtringebant. Idem Theodoſius tribuit quoque brachium Protomartyris Stephani, cujus corpus per Lucianum presbyterum in villa Palæſtinæ Caphargamula fuerat repertum anno C. D. XV.

His muneribus addidit inſuper pectinem B. Mariæ Virginis, & aliquantum de capillis illius.

Item corpora SS. Martyrum Epiphanii, & Iſidori.

Caput etiam S. Agapeti. Unde antiquus hymnus reperitur in præfata Eccleſia decantari ſolitus.

A
Magnificemus virginem,
Cujus habemus pectinem,
Crines, Zonamque filii,
Sui qui fons eſt gaudii.

Cæterùm profectis ad bellum ſacrum Galliarum Principibus, nihil magis curæ eis fuit, quam ut rebus ſacris, & reliquiis Sanctorum acquirendis, & è manibus Barbarorum eruendis invigilarent. Henricus Comes Veſontinæ natus, qui Regum Luſitaniæ parens extitit, ad ſacrum illud bellum profectus, ab Imperatore Byzātino plures divorum reliquias accepit, quarum partem aliquam in Luſitaniam abſtulit, partem patriæ donavit, nempe de corona ſpinea Domini, de ſpongia ori illius oblata, & de fimbriis veſtimentorum ejus: quæ aureis, & argenteis hierothecis incluſa, habentur in Sacrario Metropolitano.

In Eccleſia vero S. Joannis quidam admirandæ vetuſtatis liber conſpicitur, continens textum Evangeliorum, quem in ſupplicationibus publicis deſert Canonicus ante pectus, variis gemmis exornatus, eburneo tegumento opertus, in quo Chriſti imago media eſt, hinc inde uniti Flavius Romanus
B Diogenes Auguſtus, & Eudoxia vidua Conſtantini XII. Duce Imperat. qui ſupremum Thraciæ diadema ſumpsere Idibus Januarii, anni M. LXVIII. ut notat ad illum annum *Card. Baronius*.

Rurſus in Eccleſia S. Stephani etiam cuſtoditur caput S. Joannis Calabytæ, de quo Martyrol. Rom. editum cum notis Petri Galeſini, 15. Januarii, & notat Molanus die eodem. Crancum autem illud cum ex oriente allatum eſt, theca ęnea recondebatur, cum argenteo circulo, cui inſcripti erant duo verſus Græci Jambici:

ΧΕΙΡΜΕΝ ΒΕΒΗΛΑΞ ΤΙΜΙΑΝΤΤΝΘΛΑ ΚΑΡΑΝ
ΑΛΛ ΕΞΤΒΗΤ ΧΕΙΡ ΙΩΑΝΝΟΤ ΓΤΝΔΕΙ.

quos ſic Latinos reddiderunt.

Manus quidem profana venerandum contundi caput:
Sed pia manus Joannem veneratur.

Sunt hic denique reliquiæ S. Theoduli Sedunenſis Epiſcopi, quas adverſus tempeſtates, & fulgura non modica vi pollere, vetuſti Rituum codices docent. *Ex Chriſti hiſtorica de Lin-*
C *teis ſepulchralibus Chriſti per Jacob. Chiffletium pridem Antuerpiæ edita.*

SACRÆ RELIQUIÆ ECCLESIÆ AURELIANENSIS.

Eſt Aurelia præclara Galliæ Civitas, ſitu, incolis, opibus haud multis aliis Europæ cedens. Regum inauguratione olim celebris, & in Deum religione præſtans, niſi quod nuper hugonoticæ colluviei inſolentias aliquamdiù perpeſſa fuerit, quæ ſacra omnia pedibus conculcavit, Deoque dedicata loca, & ſacra pignora peſſundavit, ſic ut auguſtiſſimum illud S. Crucis templum à Roberto Rege anno 1029. erectum ſolo æquaverint, ac ſanctiſſimas Reliquias, quas Rex præfatus ibid. & alibi collocaverat, pro majori parte diſſipaverint.

Habuit enim jam olim Gallia Reges piiſſimos, è quibus Robertus Aureliæ monaſterium ædificavit in honorem S. Aniani civitatis illius Epiſcopi, cujus interceſſione ſanitati fuerat aliquando reſtitutus: Hic autem reponi idem Rex voluit corpus ipſius Pontificis Aniani, & honorifico tumulo reponi, ac elevari, unà cum corporibus Sanctorum Euſpicii,
D Monitoris, & Floſculi Confeſſorum.

Baudelii, & Scubilii Martyrum.

Item S. Agiæ matris B. Lupi Confeſſoris.

Ipſum autem S. Aniani corpus humeris regiis ſublatum in novum templum fuit: qui etiam exutus regiis veſtibus, ante altare genuflexus, omni populo adſtante, gratiarum cantica Deo perſolvit, ejus gratiam Sanctorum interceſſione, quorum reliquias recondiderat, tota animi ſubmiſſione deprecatus. Hæc ex *Helgaldo, de vita Reg. Roberti pag. 68.* citato à *Baronio Tom. 11. ad annum Chriſti* 1029. *num.* 2. & 4.

* IN HISPANIA.

RELIQUIÆ SACRÆ ECCLESIÆ S. SALVATORIS in oppido Ovetenſi.

Oveti, quod eſt oppidum non ignobile in Aſturis Regione Hiſpaniæ, inſignis Eccleſia Salvatori dedicata, & ab Alphonſo Caſto Rege ædificata, viſitur, in qua non exiguus ſacrarum Reliquiarum ſervatur theſaurus, quas Arcæ è lignis imputribilibus fabricatæ incluſas, olim Angelicis manibus ab Hieroſolymis, antequam ea civitas à Choſroa Perſarum Rege peſſundaretur: Carthagiuem in Africa, & hinc denuo Hiſpalim: Hiſpalis verò Toletum, atque hinc Ovetum ad præfatam Eccleſiam translatas, Acta Capituli ibid. à nobis lecta, & exa- E minata fidem fecerunt. Harum quidem ſeries continebat Arcam illam eò per miraculum ad inſtar Sacelli Lauretani delatam ſatis capacem eſſe, atque in ea repertas plures arculas thecaſque minores auro, argento, & ebore formatas, & ſacris Reliquiis refertas, quarum ſingulis ſuæ ſchedæ affixæ conſpiciebantur, quæ manifeſtam redderet earumdem qualitatem, & ſanctitatem, quaq; veneratione, & cultu forent proſequendæ, luculenter enuntiarent. Igitur tam in exſpectato ſacrorum pignorum theſauro ad ſe translato, Ovetenſis Clerus & populus, actis ſolemniter Deo largitori gratiis, hæc ipſius magnalia prompto, hilarique animo exceperunt, & poſt plura pietatis exercitia, Arcam ipſam aperuerunt, ejuſque interiora ſcrutati, invenerunt illa, quæ ſequuntur; prout Decanus, & Capitulum iſtius Loci per publicum ſuum teſtimonium ſpeciatim declararunt.

Invenerunt autem imprimis Sudarium, quo corpus Domini involutum fuit, (plura enim fuiſſe talia evincit vetus funerandi & involvendi cadavera ritus, de quo *Jac. Chiffletius lib. de Linteis Chriſti ſepulchralibus cap.* 8. quamvis Ovetani hujus non meminerit:) ſanctiſſimo cruore, & imagine vultus ejuſdem inſignitum.

Inſuper non exiguam partem de Sindone Domini, qua in- F volutus putatur jacuiſſe in monumento.

Denique erat pars notabilis de vera Cruce Domini.

Octo Spinæ è corona ejuſdem ſpinea. Item de Tunica ipſius.

De Sepulchro Domini, & pannis, quibus jacuit involutus in præſepio.

De Pane cœnę Domini, & de Manna, quod Dominus pluit filiis Iſrael. Magnum fragmentum curis B. Bartholomęi Apoſtoli.

Pallium, quod dedit Regina cœlorum Ildefonſo Arciepiſcopo Toletano.

De Lacte ipſius Matris Domini, item de capillis & veſtimētis ejus. Unum ex triginta denariis, pro quibus Chriſtus fuit venditus à Juda. Invenerunt & parvam mappulam cū cruore Domini fuſam. Scilicet à latere cujuſdam imaginis, quam Chriſtiani ad ſimilitudinem Chriſti fecerant, ſed Judæi antiqua perfidia obſtinati, ipſam ligno affixerunt, & lancea latus ejus iterum percuſſerunt, à quo ſanguis, & aqua exivit.

De Terra, in qua Dominus tenuit pedes aſcendens in cœlū, & quando Lazarum ſuſcitavit, & de ſepulchro ipſius Lazari. G

De pallio Heliæ prophetæ.

De fonte & capillis B. Joannis Baptiſtæ.

De capillis, quibus B. Maria Magdelena exterſit pedes domini.

De oſſibus SS. Innocentum.

De oſſibus trium puerorum, ſcilicet Ananiæ, Azariæ, & Miſaelis.

De lapide, cum quo clauſum eſt Sepulchrum Domini.

Ex ramo Olivæ, quem dominus tenuit ingrediens Hieroſolymam in aſina.

De petra montis Sinai, ſuprà quam Moyſes jejunavit.

Fragmentum virgæ, qua Moyſes diviſit mare rubrum filiis Iſrael.

Fragmentum piſcis aſſi, & favum mellis, de quibus Dominus poſt reſurrectionem comedit, dum Apoſtolis apparuit.

Veſtimentum B. Tirſi martyris.

Manus S. Stephani protomartyris.

Sandalium dextrum B. Petri Apoſt. & pars catenæ ejus. H

Reliquias XII. Apoſtolorum, & de eorum oſſibus, ac Prophetarum.

Burſas SS. Petri & Andreæ Apoſtolorum.

Reliquias SS. Laurentii, Sebaſtiani, Coſmæ, & Damiani, Stephani Papæ & Mart. Martini Epiſc. Facundi, & Primitivi, Juſti, & Paſtoris, Adriani, Natalię, & Mammeæ, Julię, Veriſſimi, & Maximi, Baduli, Panthaleonis, Chriſtophori, Cypriani, & Cucufati, Sulpitii, Agathæ, Æmiterii, & Celedonii, Fructuoſi, Augurii, Eulogii, Victoris, Juſtę, & Ruffinæ, Servādi, & Germani, Sergii, & Bachii, Juliani, Felicis, Petri exorciſtæ, Eugenii, Vincentii Levitæ, & S. Annę, Felicis, Sulpitii, Fauſti, Beatricis, Petronillæ, Eulaliæ Barchinon. Æmyliani, Hieremiæ mart. Pompoſæ Collegii, Sporitelii. Plura item alia corpora, oſſa, & reliquiæ SS. Prophetarum, Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum ibi ſunt recondita.

Extra prædictam arcam in eadem Eccleſia habetur etiam Crux quædam auri puriſſimi, manibus Angelorum in ipſa Eccleſia operata.

Item

Item illa crux celebris Regis Pelagii, qua impugnavit
A populum ſuperbum Maurorum in devaſtatione Hiſpanię Una è ſex Hydriis, in quibus Dominus aquam in vinum convertit.

Corpora Sanctorum Martyrum Eulogii, & Lucretię, & S. Eulalię virg. & mart.

Item Pelagii, & Vincentii mart. atque abbatis Juliani etiam & Sertani Pontificum.

Sunt & ibid. corpora regis Illefonſi, ſive Alphonſi Caſti, qui ipſam Eccleſiam fundavit an. 791. & aliorum Regum antiquorum Hiſpanię. *Lucius Marinæus l. 5. rerum Hiſpaniæ*, agens de ſacris ędibus, lociſque religioſis Hiſpanię, meminit ſupradicti teſtimonii Capitularis, uti & crucis, quam Angeli divinitus Oveti fecerunt; & ſcribit, Arcam illam, de qua ſuprà, ab Apoſtolis fabricatam, & mirabiliter Ovetum tranſlatam.

Baronius in Annal. Tom. 9. ad an. Chriſti 791. num. 9. meminit ejuſdem Alphonſi verè Caſti, ut qui cum conjuge ſua Berta Caroli Magni ſorore, continenter vixiſſe dicatur. Cui etiam ex Tudenſi adſcribit, quod Arcam, quam Pelagius Rex à Toleto detulerat in Aſturias, diverſorum Sanctorum Reliquiis plenam, Ovetum detulerit. Pergit autem Tudenſis, & ex eo *Baron. n.* X. Ea quidem Arca gentili errore comitante
B tempore Mahometi Pſeudoprophetæ, ab Hieroſolymis navigio Hiſpalim eſt delata: deinde per annos ſeptuaginta novem Toleti permanſit: rurſus cum à Mauris Toletum opprimeretur, Arcam Dei Pelagius rapuit, & per abdita loca ad Aſturias duxit, quam Rex Alphonſus in Eccleſia Ovetenſi honorificè cum multis Sanctorum Reliquiis collocavit. Julianus quoque quondam Archiepiſcopus Toletanus, qui à nefario Veitiza Rege ab Archiepiſcopatu fuit expulſus, cum prædicta Arca venit, & Oveti quieſcit. Legatur quoque *Morales lib. 14. rerum Hiſpanar. cap. 38.*

De cruce autem, cujus paulò ante meminimus Angelicis manibus fabricata, habes ampliorem hiſtoriam in loco de Cruce, Tit. Crux in altari collocata. Et notat *Baronius ſuprà num.* 11. illam quaquaverſum fuiſſe inſcriptionibus inſignitam. In cornu ſuperiori hæc leguntur:

Suſceptum placidè manebit hoc in honore Dei.
Offert Adolphonſus humilis ſervus Chriſti.

In cornu verò ſiniſtro, ac dextero, hæc habentur:

Quiſquis auferre præſumpſerit mihi
Fulmine divino intereat ipſe.
C *Ne libens voluntas dederit mea.*
Hoc opus perfectus eſt æra D. CCC. XXVI.

In ſtipite autem deorſum hunc in modum continetur.

Hoc ſigno vincitur inimicus,
Hoc ſigno ſe tuetur pius.

Hæc Baronius loco citato.

* IN ITALIA.

AC PRIMUM RELIQUIÆ SACRÆ URBIS ROMÆ.

Roma, quę olim omnibus gentibus dominabatur, omniumque erroribus ſerviebat, poſtmodum veritatis magiſtra, arx fidei, diſciplinę Chriſtianę infallibilis Academia, omniumq; Eccleſiarum mater effecta, tanto ad exhibendum Deo, ejuſque Sanctis non modo, ſed & iis rebus, quæ ad illos ſæculo defunctos quoquomodo hic pertinuerunt, (quas Reliquiarum nomine appellamus, ut quæ velut moriente homine ſuperſunt in teſtimonium ſanctitatis eorundem) honorem, & pluſquam civilem cultum ſeſe libentius mancipavit, quanto nobiliorem horum pignorū theſaurum cumulavit. Quis enim omnia ſan-
D ctitatis organa, & inſtrumenta quibus Urbis iſta clareſcit, & abundat, enumeravit? cùm ad eam certatim tanquam ad omnis ſanctitatis Oceanum, longo temporum decurſu, ex omnibus Chriſtiani orbis partibus eadem effluxerint, accedente nimirum Principum liberalitate, qui hūc theſaurum munificentia ſua inſtruxerūt: & Sanctorum memoriis, qui hic ſub tyrannorum perſecutione martyrii palmam conſecuti, vel abſque illa in Domino feliciter occubuerunt, ita frequentibus, ut nè minima earumdem pars oratione concipi poſſe videatur. Igitur præſenti narratione non omnes ſacras Reliquias, cum Chriſti, tum Sanctorum, quæ in urbe celebrantur, ſummaque veneratione habentur, in medium producimus, ſed illas duntaxat, quæ in præcipuis illius Eccleſiis, ad quas ſolemnes ſtationes, & viſitationes à fidelibus non ſine ampliſſimo ſpiritualis theſauri cumulo fiunt, ſervantur, cùm propè infinitæ habeantur, quæ alibi in cæmeteriis, & cryptis quieſcunt, ſic ut earum numerus ægrè nequeat definiri. Si tamen ante operis hujus editionem plures ad manus noſtras devenerint, libenter præſentibus ſubiiciemus.

RELIQUIÆ SEPTEM ECCLESIARUM URBIS PRÆCIPUARUM.

RELIQUIÆ S. PETRI IN VATICANO.

Partes corporum beatorū Apoſtolorum Petri, & Pauli ſub majori altari.
Crux donata à Conſtantino Imperatore S. Silveſtro Papę, in qua intus incluſa eſt alia parva crux aurea cum portione ligni ſanctiſſimæ dominicæ crucis.
Sudarium D. Noſtri Jeſu Chriſti in proprio ciborio ſuper ejus altare.
Lancea, qua ejus latus fuit perforatum, in eodem loco.
De lapide, ad quem fuit flagellatus Chriſtus.
Corpora ss. Apoſtolorum Simonis, & Judæ in muro ſupra altare ſacramenti.
Corpora ss. decem primorum pont. Romanorum.
Lini.
Cleti.
Anacleti.
Evariſti.
Xyſti.
Teleſphori.
Higini.
Pii.
Eleutherii.
Victoris.
Corpora ss. Fabiani, & Xyſti pont. & martyrū.
Corpora ſanctorum Gorgonii.
Tiburtii mart.
Corpora ss. Proceſſi, & Martiniani martyrum.
Corpus s. Gabinii mar.
Corpus s. Jo: Chryſoſtomi Epiſc. Cōſtantinopolitani, & confeſſoris in ſacrario.
Corpus s. Gregoriis papæ, & doctoris ſub ejus altari.
Caput s. Andreæ Apoſtol. in operculo ejuſdem altaris.
Capita s. Lucæ Evang. Sebaſtiani mart. Jacobi Interciſi, & Magni confeſſoris in ſacrario.
Brachium s. Andreæ, Apoſtoli.
Spatula ſancti Stephani protomartyris.
Brachiū s. Joſeph decurionis Arimathię, & Guglielmi.
Brachium ſancti Longini mart.
Guttur s. Blaſii Epiſcopi, & mart.

Reliquiæ ss. quatuor Coronatorum, & Domitiani mart.
Reliquiæ ss. Clement.
Evariſti.
Zephyrini.
Fabiani.
Lucii.
Dionyſii.
Caii.
Silveſtri.
Damaſi, &
Gregorii Romanorum pontificum.
Reliquiæ Sanctorum Cypriani, &
Januarii Epiſcoporum.
Pygmenii presbyt. &
Nemeſii diaconi mart.
Traſonis.
Chryſanti.
Quirini.
Militii.
Tropini.
Calocerii.
Thraſitii.
Hyppoliti.
Cyriaci.
Largi.
Smaragdi.
Acheloi.
Pamphili.
Pauli.
Projecti.
Seleuci. G
Optati.
Polychronii.
Geminiani.
Leonis.
Philippi.
Innocentii.
Thibei.
Churadi militis.
Bonifacii.
Theodori martyrum, &
Halibundii monachi, & confeſſoris.
Antonii.
Dens s. Leodegarii martyris.
Digitus auricularis ſancti Lucæ Evangeliſtæ.
Humerus s. Chriſtophori mart. H
Caput s. Mennæ martyris.
Caput s. Damaſi papæ, & confeſſoris.
Pars brachii s. Chriſtophori.
Reliquiæ ss. Alexii.
Philippi, & ex XI. millium martyrum.
Euſtachii abbatis Lexomen.
Simplicii.
Valerii.
Urſi Abbatis.
Thomæ de Aquino.
Dens s. Deſiderii Epiſcopi.

Lorice ſancti Guilielmi.
A Reliquiæ S. Feliciani martyris.
Pauli primi Eremitæ.
Geminiani.
Nerei.
Achillei.
Pinci.
Martini.
Vincentii.
Juſtini.
Feliciſſimi.
Agapiti.
Marcelli martyrum.
Luciani diaconi.
Donini.
Savini.
Januarii martyrum.
B Blaſii.
Valentini.
Reliquiæ x millium, & x. martyrum.
Digiti Sancti Petri Apoſtoli.
Crucis S. Andreæ.
Reliquiæ ſanctarum Mariæ Magdalenæ.
Catharinæ.
Brachium S. Dariæ.
Mariæ Ægyptiacæ.
Hilariæ.
Domicillę, & Sociarum.
Artemiæ.
De oſſibus ſanctæ Balbinæ. C
Sophiæ.
Piſtis.
Helpis.
Agapes.
Triphoniæ.
Cyrillæ.
Coronæ.
Agnetis.
Luciæ.
Claræ.
Theodoræ.
Columbæ.
Bibianæ.
Suſannæ.
Brachium, & pars capitis ſanctę Agathæ Virginis, & Martyris.
D Ruffinę Virginis, & Martyris.
Cathedra ſancti Petri Apoſtoli.
Forcipes ferreæ, quibus SS. martyres cruciabantur, uſu, & veneratione digniſſimæ.
De velo, & cute S. Conſtantiæ virginis filiæ Conſtantini.
De terra loci, ubi Chriſtus apparuit Mariæ Magdalenæ.
De cunabulo CHRISTI.
Fruſtum crucis.
De tunica S. Bernardini.
Reliquiæ quinque millium virginum.
Petronillæ;
De ſacco, & veſte S. Jacobi.
De ſtola Sancti Dominici.
Reliquiæ S. Laurentii mart.
De lapide ſupra, quem ſanctus Laurentius concrematus. fuit.
De tunica S. Franciſci.
Inter portam Romanam, & Guidoneam in pariete eſt affixus lapis, ſuper quo multi ſancti martyrio affecti ſunt.
Inter Guidoneam, & portam ſanctam in pariete affixus eſt porphyreticus lapis, ſuper quo, ut ex inſcriptione liquet, fuerunt diviſa à B. Sylveſtro corpora Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli.
In die Aſcenſionis Domini Noſtri JESU CHRISTI ſuper majorem Eccleſiæ portam ponitur vetuſtiſſimus pannus, quo multi martyres (ut fertur) ſepulti fuerunt, ibique uſque ad Calendas Auguſti appenſus manet. Et multæ aliæ reliquię.

Quæ Reliquiæ in Eccleſia ſancti Petri populo oſtendantur, & quibus diebus.

Caput ſancti Andreæ Apoſtoli oſtenditur Dominica tertia Januarii, & in feſto ejus.
Sudarium oſtenditur Dominica proxima S. Antonii Abbatis menſis Januarii.
Feria v. vi. & Sabbatho hebdomadę ſanctę, & in die Paſchatis.
In die Aſcenſionis, & Feria ii. poſt Pentecoſten.
In anno Jubilæi ſingulis Dominicis, & feſtivitatibus, & feriis vi. Martii.

Lancea, qua Chriſtus in cruce transfixus eſt oſtenditur feria vi. majoris hebdomadæ ſanctę.

RELIQUIÆ ECCLESIÆ SANCTI PAULI. E

PARTES corporum BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli ſub majori Altari unà cum corpore ſancti Anaſtaſii.
Corpus ſancti Timothei martyris, ſub ejus altari.
Corpora SS. Celſi, Juliani, & Baſiliſſæ martyrum in eorum ſacello.
Corpus quinque Ss. Innocentium ſub eorum altari.
Multa Sanctorum martyrum corpora in cœmeterio B. Lucicę, quorum nomina ignorantur.

In ſacrario ejuſdem Eccleſiæ ſunt hæ ſanctæ Reliquiæ.

De ligno ſanctæ, & vivificæ crucis in cruce argentea.
Brachium cum pollice ſanctę Annę matris B. Virginis Mariæ inclusum brachio argenteo.
Pars capitis S. Stephani protomartyris incluſa tabernaculo argenteo.
Pars capitis S. Ananię diſcipuli domini, qui B. Paulum Apoſtolum baptizavit.
Brachia Sanctorum Jacobi majoris, & Jacobi minoris.
Brachium S. Nicolai Epiſcopi.
Brachium Sancti Alexii Confeſſoris.
Spatula S. Dionyſii.
Catena, qua S. Paulus Apoſtolus cinctus fuit.
Baculi fruſtum, cum quo orbem terrarum peragravit S. Paulus.

Tabernaculum æneum cum Reliquiis Sanctorum.

Innocentium.
Matthiæ Apoſtoli.
Sebaſtiani.
Felicis Papæ.
Sergii, & Bacchi,
Chryſanti, & Dariæ.
Barbaræ, & Nymphæ.
Fruſtum crucis S. Andreę Apoſt.

Capſula cum Reliquiis Sanctorum.

Eventii Presbyteri, & martyris.
Stephani Papæ.
Sebaſtiani.
Nicolai Epiſcopi.
Quirini Epiſcopi.
Primi, & Feliciani.
Pancratii.
Ceciliæ.
Sophię, & aliorum.

Alia capſula cum Reliquiis Sanctorum. F

Marcelli Papę, & martyris.
Nerei martyris.
Achillei martyris.
Dariæ martyris.
Reliquię Sanctorum.
Andreę.
Bartholomęi.
Matthię Apoſtolorum.
Lucę Evangeliſtę.
Xyſti Papę.
Dionyſii.
Laurentii.
Sebaſtiani.
Blaſii Epiſc.
Gordiani.
Benedicti. G
Gregorii PP.
Vincentii.
Hermetis.
Cęleſtini.
Lucię.
Hilarię virginis, & aliarum.

Reliquiæ in Eccleſia SS. Vincentii, & Anaſtaſii martyrum ad tres fontes, ſive ad aquas Salvias.

Capita ſancti Anaſtaſii thecis ligneis deauratis.
Sancti Zenonis hoc in loco martyrio coronati. H
S. Vincentii.
Columna, ſuper quam ſancto Paulo Apoſtolo caput amputatum fuit.
Et in oratorio ſcalæ cæli ſubtus altare reliquiæ decem millium ccc. & trium martyrum, qui cum beato Zenone pro CHRISTI fide eo in loco glorioſè occubuerunt.

RELIQUIÆ ECCLESIÆ S. SEBASTIANI VIA APPIA.

A Una de ſpinis coronæ qua fuit coronatus D. N. Jeſus Chriſtus.
Reliquiæ S. Petri Apoſtoli ſcilicet.
Digitus.
Dens.
Coſtæ pars, & alia quædam.
Dens S. Pauli Apoſtoli.
Brachii Sancti Andreæ Apoſtoli fruſtum.
Caput, & brachium ſancti Fabiani Papæ, & martyris.
Capita ss. Caliſti, & Stephani Pontif.
B Capita ss. Nerei.
Achillei.
Acoriſti.
Valentinæ, &
Lucinę martyrum.
Brachium s. Sebaſtiani, & Columna, qua alligatus fuit dum ſagittaretur.
Ferrum unius ſagittę in eum jaculatę.
Reliquię alię s. Fabiani Papę.
Sebaſtiani martyris.
Stephani Papę.
Acoriſti martyris.
Calix plumbeus cum cinere, & oſſibus S. Fabiani.

RELIQUIÆ ECCLESIÆ S. JOANNIS LATERANENSIS.

Hæc baſilica s. Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſanctique Joannis Baptiſtę, atque Beati Joannis Evangeliſtæ, ſacroſancti, ac venerabilibus inſignita conſtat reliquiis.
Altare ligneum, quod ſancti Dei Pontifices, & martyres ab Apoſtolorum tempore habuerunt: in quo per cryptas, & C diverſa latibula Miſſas celebrabant.
Menſa Domini, in qua Chriſtus cœnavit cũ diſcipulis ſuis in die cœnę.
Sub altari ſunt de ſanguine, & aqua de latere Chriſti ampullę duæ.
De cuna Chriſti.
Tunica inconſutilis, & Purpureum veſtimentum ejus.
De quinque panibus ordeacis.
De cineribus, & ſanguine s. Joannis Baptiſtæ, &
D Cilicium ejus de pilis camelorum.
De manna ſepulchri S. Joannis Evangeliſtæ, &
Tunica ejus, &
Pars catenæ, cum qua ligatus venit ab Epheſo.
Sub iſto nempe altari eſt arca fœderis, in qua ſunt duæ tabulæ teſtamenti.
Virga Moyſi, &
Virga Aaron.
De panibus propoſitionum.
Hanc autem arcam cũ candelabro, & his, que dicta ſunt cum quatuor præſentibus columnis Titus, & Veſpaſianus à Judæis aſportari fecerunt de Hieroſolyma ad Urbem, ſicut uſque hodie cernuntur in triumphali fornice, qui eſt ſupra Eccleſiam ſanctæ Marię novę, ſed ob temporis vetuſtatem reliqua non poſſunt legi.
In marmoreo operculo ſuper altare s. Marię Magdalenę ſunt hę reliquiæ.
Caput s. Zacharię patris s. Joannis Baptiſtæ in theca argentea.
Caput s. Pancratii martyris in alia theca ex argento.
Catena, qua B. Joannes Evangeliſta vinctus de Epheſo ad urbem ductus eſt.
Vas, quo idem ſanctus venenum bibit, & illi nihil nocuit.
Ejuſdem ſancti linea tunica.
Theca argentea plena Oſſibus ſanctæ Marię Magdalenæ.
Spatula ſancti Laurentii martyris.
Interula linea D. N. Jeſu Chriſti, quam ei B. Virgo fecit, in capſula argentea.
Linteus, quos Chriſtus Apoſtolorum pedes terſit.
Pars arundinis, qua percuſſus fuit in capite in domo Pilati.
Forfices, quibus B. Joan. Eang. attonſus fuit.
Velum, quo velatum corpus s. Salvatoris in cruce pendentis.
Sudarium, quo caput Chriſti in ſepulchro poſiti involutũ fuit.
Cineres s. Joannis Baptiſtę.
Dens s. Petri Apoſtoli.
Vas, in quo eſt ſanguis, & aqua, quæ fluxerunt de latere D. N. Jeſu Chriſti
Fruſtulum crucis Chriſti;
Plurimæ aliæ ſinæ nomine Sanctorum reliquię.
In ſacrario eſt capſa lignea cum multis Sanctorum ſine nomine oſſibus, pulvere, & cineribus.
Caput s. Gordiani, & Cranium s. Epimachi, & aliæ multæ Sanctorum reliquiæ.
Reliquiæ, quæ in oratorio eſſe dicuntur.
In ſacello ſancta ſanctorum, quod s. Laurentii appellatur, in quod mulieres nũquam ingrediuntur ſunt infinitę reliquiæ à Leone X. viſæ, & multis aſtantibus, ex duabus feneſtrellis erutæ, & oſtenſę, & iterùm in eodem locatę.
In quarum prima à latere dextro, ſunt multæ reliquię in vaſis cryſtallinis vitreiſque compoſitæ.
In ſiniſtra verò eſt caput humanum integrum cum aliis multis incognitis reliquiis.
Sub altari eſt capſa cypreſſina multis clavibus clauſa à Leone III. Papa facta, hiſque litteris aureis ornata SANTA SANCTORUM.
Intra quam ſunt aliæ plures capſulæ, & tabernacula reliquiis plena.
In his parva capſula argentea deaurata ad modum crucis, in cujus medio eſt crux aurea.
Alia capſula argentea deaurata cum alia cruce auri puri.
Alia capſula argentea deaurata.
Alia capſula argentea cum modico ligni S. Crucis.
Sub ipſo altari eſt caput ſancti Anaſtaſii cum aliis multis Sanctorum oſſibus. E
Alia capſula eburnea ad formam cucurbitæ.
Vas cryſtallinum cum parva arcula.
Alia capſula eburnea cum multis Sanctorum oſſibus.
Alia capſula argentea Græco opere cælata, circumligata. cordula alba cum ſigillo, in quo ſcpultus eſt puer hamo piſcans à Nicolao III. facta, in qua eſt caput s. Praxedis integrum cum aliis multis Sanctorum oſſibus. F
Capſula argentea, ab Honorio III. facta cum capite s. Agnetis.
Alia capſula argentea cum ampulla plena ſanguine ſanctorum martyrum.
Alia arcula ad modum crucis plena reliquiis.
Vas æneum cum multis reliquiis.
Capſula ex ebano.
Duo lignea vaſcula.
Pyxis lignea cum aliis plurimis ligneis vaſculis, & capſulis, & aliquot tabernaculis, & aliis vaſculis, pyxidibus, & arculis magno numero reliquiarum plenis. G
Aliqua tubera è ſerico panno reliquiarum plena.
Duæ vetuſtiſſimæ tabulæ cum Apoſtolorum Petri, & Pauli figuris.
Multi panniculi ſanguine ſanctorum martyrum tincti.
Alia capſula lignea, in qua ſunt tres Agnus Dei è cera, & multæ ſine nomine Reliquię.
Tres panni albi cum oſſibus Sanctorum.
Pannus rubei coloris cum cruce ſigillatus. H
Plures ſacculi, capſulæ, arculæ, & pyxides reliquiarum plenæ, quarum nomina incognita ſunt, & permultę aliæ.

Reliquiæ oſtenduntur ſemel in anno, in die Paſchatis.

RELIQUIÆ ECCLESIÆ S. CRUCIS in Jeruſalem.

In altari majori in concha è lapide Lydio jacent corpora ſanctorum Cæſarii, &

Anaſtaſii